A
11
Zahl
Nr. 1250

2. a 3. 4.

18 - 12

R. 3000

DIVI
THOMAE
AQVINATIS
DOCTORIS
ANGELICI
ORDINIS FRATRVM
PRAEDICATORVM
OPERA OMNIA
GRATIIS·PRIVILEGIISQ·
PII V. PONT·MAX·
TYPIS EXCVSA·
ROMAE
M·D·LXX
THEOLOGIA
PHILOSOPHIA



PIO V. PONTIFICI MAXIMO,

F. VINCENTIVS IVSTINIANVS ORD. PRAEDIC.

S. R. ECCLESIAE PRESBYTER CARD.

ET F. THOMAS MARRIQVES EIVSDEM ORD.

Sacri Palatij Magiſter, poſt beatorum
oſcula pedum.

TRIA ſunt, Pie Quinte Pontifex Optime, quibus hominum voluntates ab erroribus, & vitijs ad rectam ſalutis, & veræ gloriæ viam traducuntur; leges, Principum vita, bonorum ſtudiorum conſuetudo. Sed ex his tribus, maximam vim habere Principum vitam, & ab hoc vno reliqua duo pendere, facile intelliget, quicumque adhibita in conſilium ratione, animum ad veritatem intendat. Quis enim fructus ex lege percipitur, niſi præſit is, cuius & animus, & mores cum lege congruant? Quis autem ea ſtudia colat, à quibus abhorrere Principem videat? Populus enim, vt à culpa, metu ſupplitiorum deterretur, ſic ad virtutem, ſpe præmiorum allicitur: quare ſolet in Principis vitam, tanquàm in ſpeculum intueri, inde ſibi mores fingit, inde ſe ita componit, vt à propoſito exemplo non diſſentiat. Quanto autem eius, qui multitudinem regit imperium, latius patet, tanto maior ex eo (ſi ſit, qualem eſſe decet, idest, ſi iuſtitiam rebus omnibus anteponat) bonorum copia diffunditur. Quam felicitatem, ætate noſtra, immerenti quidem humano genere propter culpas, veruntamen omni culpa maior diuina benignitas elargita eſt. Nam cùm in extremum propè diſcrimen publica ſalus adducta videretur,

admouente communi hoſte machinas omnes ad euertendam Chriſtianæ reip. dignitatem; extitit opportune, Dei omnipotentis beneficio, Pontificatus tuus, vt quemadmodum ſemper antea ſingularis tua ſapientia, Sedem Apoſtolicam ab hæretica prauitate protexerat: ſic addita poteſtas ea, quæ ſapientiam adæquaret, omnes improborum impetus frangeret, ereptamq; fluctibus Eccleſiæ nauim, & ab imminenti procella liberatam, in tuto collocaret. Hanc iuris æquabilitatem in ſapientum libris valde laudatam, in hominibus per quàm rarò cognitam, quis non fatetur ad emendationem communis vitæ valere quàmplurimum? Vtinam hæc nobis, Pontifex Maxime, perpetua bona ſint. Erunt enim certè, ſi tibi diuturna vita contigerit. Nam virtutis exercitatio, quæ primò ſubamara videbatur, quotidie magis ita placebit, vt omnium rerum iucundiſſima ſit. Ita fiet, vt cùm homines rectè facere didicerint, & conſueuerint, nec ipſi à recto ſenſu facilè deducantur, & poſteris præclaram imitandi cupiditatem relinquant. Et quoniam id ſemper ſpectaſti, vt ea maximè ſtudia vigerent, quæ non inanem quandam oblectationem, ſed æternæ vitæ fructum excellentibus ingenijs afferre poſſunt: propterea, cùm videres cogitare nos rem maximam, & præſtantiſſimam, laborioſam tamen in primis, & per difficilem, vt omnia Doctoris Angelici ſcripta priſtinæ reſtituta integritati, in Tomos aptè diſtributa (præſertim in vrbe Roma, altrice quondam ingeniorum, nunc Chriſtianæ religionis domicilio) eodem ſimul tempore ederentur, author fuiſti, ac mandaſti etiam vt opus aggrederemur, pollicitus adiumenta illa, quæ ſi abeſſent, perduci ad exitum tanta res nequaquam poſſe videbatur. Magnus in emendando labor fuit, in quo nobis ſuam operam doctiſſimi homines, fratres noſtri, libenter nauarunt: ſed omnem laborem vicit, omnemq; difficultatem, publicæ primùm cupiditas vtilitatis, deinde noſtra quadam erga te obſeruantia, orta iampridem, & quotidie magis aucta ex admiratione virtutum tuarum. Accipe igitur à nobis, Beatiſſime Pater, vel potius à teipſo accipiat quaſi fructum tuæ liberalitatis, Chriſtiana reſp. Diui Thomæ libros, ea doctrina refertos, quæ te mirabiliter ab adoleſcentia delectauit, præceptisq; ad omnem laudem ſaluberrimis inſtruxit; vt eſſes aliquando qui & gratiam ſtudijs optimis referre, & alios ad eadem ſtudia excitare poſſes.

PIO LECTORI

NON ingratum tibi munus, vt arbitror, candide Lector, nec indebitum, nobis ſuſcepiſſe videbimur, ſi in excudendis D. Thomæ Aquinatis omnibus, quæcunque extant, operibus, multis ſuperatis laboribus, magnis ſumptibus, omnem poſtremo diligentiam adhibuimus, vt ea ex purgata, vndiq; prorſusq; ſplendida redderemus. Nam præter quod eius diſcipuli ſumus, quorum videlicet intereſt Magiſtri ſui gloriam quàm Illuſtriſſimam reddere, qui eos in omni ſcientiarum genere inſtituit & enutriuit, ea præcipue ratio nos commouere debuit, & prorſus impellere, quoniam vbique gentium, totoque terrarum orbe conſpicimus, eiuſdem angelici Doctoris eruditionem adeo apud omnes, præter vllam inuidiam floruiſſe, vt eam cunctis laudatam, tum maximè apud ſacroſanctam Eccleſiam, & generales ſynodos commendatam, atque probatam, nullus catholicorum, qui nomen tantum eruditionis ſuſtinet, non votis omnibus certatim comparare ſibi expetat, & requirat. Quò fit, vt propemodum verear, ne fructus laboris noſtri, quàmuis profuſa, & liberali impenſa comparatus, tantæ cupiditati reſpondere non poſsit. Porrò quid hac poſtrema omnium editione eruditiſſimorum Theologorum opera præſtitum ſit, à nobis ſic accipe.

Primo, reſtituimus locos quàm plurimos tam in Textu, quàm in Commentarijs, qui aliàs aut inter imprimendum irrepſerãt, aut etiam impreſſi non fuerant, aut denique falſariorum; & hæreticorum perfidia, (quid enim illi, Deum immortalem intactum ſua impietate in temerandis bonis authoribus reliquerunt?) prodigioſe corrupti fuerant, e quibus poſt Epiſtolæ huius finem, vnum libuit annotare, vt admoneantur ſacræ Theologiæ candidati, quàm minimum fidere debeant impreſſoribus, qui inter hæreticos verſantur. Curauimus itaque, vt quàm emendatiſſimè imprimerentur omnia, amotis etiam, ex eiſdem commentarijs, atque expunctis omnibus locis, iuxta noſtri ordinis ſanctiones, qui poſt decreta Tridentinæ Synodi, lectorem poterant detinere dubium, vel ſuſpenſum; quos videlicet, vel ipſemet Commentator viuens emendauerat, & ſi viueret, emendaſſet: vel, vti diximus, falſariorum & impiorum perfidia temerauerat. Et quibuſdam alijs de mandato Sanctiſsimi D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti ſublatis, cuius etiam benignitate collatos nobis Sancti Doctoris Sermones per Annum manu conſcriptos, propria ipſius Sancti Thomæ manu notati, & in Bibliotheca Vaticana repertos, nunquam antea in lucem editos, vt ſimul imprimerentur ſtuduimus. inſuper & Opuſculum de eruditione principum. Addidimus præterea vbiq; marginales, quas vocant, quotationes, quæ legẽtibus indicãt quo quiſq; loco ſtudioſus inueniat, quæcunq; vel ex ſanctis Patribus, vel ex Philoſ. & Ariſt. ſanctus Doctor acceperit, quęq; ex ſua ipſius doctrina in vniuerſum, ſiue ex antecedentibus, ſiue ex conſequentibus adducuntur, id quod hactenus factum fuerat in eo tantum opere, quod appellatur Summa Theologiæ, induſtria ac diligentia ſingulari F. Antonij Senen. Luſitani. Annotauimus etiam eodem loco vniuerſa dubia, vel locorum concordantias (ſic enim appellant) eorum quæ varia, & diuerſa, vel etiam contraria

minus eruditis videri poterant in doctrina eiusdem Sancti Doctoris, secundum eum ordinem: & numerũ, quem Petrus Bergomensis, vir diligentissimus, in fine generalis indicis collocauit: quæ res (nisi nostra fallit opinio) maximo fuerit adiumento. & si periculum feceris, vicem copiosissimi indicis poterit sustinere. Quòd si his nostris laboribus, industria, atque diligentia, id denique consequemur, vt communi studio, & cupiditati, quam video animis vestris iam olim fragratissimam insedisse, atque ardentissimam, aliqua ex parte factum sit satis, per egregie nobiscum actum esse censebimus, qui non tam S. Doctoris gloriam voluimus illustrare, (quam enim obsecro gloriam ampliorem addere adhuc possumus illustrissimo syderi, quod gerit in pectore?) quæ in gratiam vestri potius, & communem vtilitatem laborauimus, ac totius sacrosanctæ catholicæ, & Apostolicę Ecclesiæ commodum. Vale.

Exemplum eorum quæ deprauata olim in hac editione restituta sunt.

In Commentarijs super Secunda Secundæ. q. 122. ar. 4. apud Viduam Antuerpien. sic legis. car. 418. col. 2. circa medium.

Ad hoc dicitur, quòd corporalia opera ad dei seruitutem pertinentia sunt triplicis ordinis. Quædam sunt consistentia in ipso cultu diuino, vt olim erat gestare Arcam Domini, & modo est gestare sanctorum statuas argenteas, vel aureas in processionibus, & deferre crucem, & huiusmodi: sed hæc sunt omnino illicita, & non amplecten da, quia sunt pars mali cultus. Quædam vero sunt præparatoria ad diuinum cultum, quia sunt pars mali cultus. Quædam vero sunt præparatoria ad diuinum cultum: & hæc in duo secantur genera. Nam quædam sunt præparatoria simultanea cũ cultu, vt olim erat præparatio victimarum excoriando, lauando, & huiusmodi, & nunc est pulsare campanas ad Missam, & vesperas: & hæc quoque proculdubio sunt omnino illicita, & impia &c.

Hunc locum ex alijs emendatioribus exemplaribus sic catholice restituimus: Ad hoc dicitur quòd corporalia opera, ad Dei seruitutem pertinentia, sunt triplicis ordinis. Quædam vero sunt consistentia in ipso cultu diuino, vt olim erat gestare Arcam Domini, & modo est gestare Sanctorum statuas aureas, vel argenteas in processionibus, & deferre crucem, & huiusmodi, & hæc sunt omnino licita, & amplectenda, quia sunt pars diuini cultus: Quædam sunt præparatoria ad diuinum cultum, & hęc in duo secantur genera. Nam quędam sunt præparatoria simultanea cum cultu, vt olim erat præparatio victimarum excoriando, & huiusmodi; & nunc est pulsare campanas ad Missam, & vesperas, & hęc quoque proculdubio sunt omnino licita, & sancta &c.

INDEX OPERVM D. THOMAE AQVINATIS

DOCTORIS ANGELICI ORDINIS FRATRVM PRAEDICATORVM.

QVÆ IN DECEM ET SEPTEM DISSECTA Tomis, hoc ordine digesta sunt.

TOMVS PRIMVS COMPLECTITVR.

ITAM ipsius Diui Thomæ Aquinatis, nunc recenter ex diuersis authoribus collectam.

Expositionem eiusdem Sancti Doctoris in Primum & Secundum Perhiermenias, imperfectam tamen, cum duplici textus interprætatione, Antiqua scilicet, & Argyropili.

Expositionem in Primum & Secundum Posteriorum Analyticorum, cum duplici textus interpretatione, Antiqua .s. & Argyropili.

TOMVS SECVNDVS COMPLECTITVR.

Expositionem in Octo libros de Physico auditu, cum duplici textu. Antiquo videlicet, & Ioan. Argyropili.

In Quatuor libros de Cælo & Mundo, commentaria, imperfecta tamen, cum duplici textu. Antiquo, & Ioan. Argyropili.

In Primum & Secundum de Generatione, cum duplici textus translatione. Antiqua scilicet, & Francisci Vatabli.

TOMVS TERTIVS COMPLECTITVR.

Expositionem in Quatuor libros Meteororum, cum duplici textus interpretatione. Antiqua scilicet, & Francisci a Vicomercato.

In tres libros de Anima, cum duplici textus translatione, Antiqua, & Michaelis Soffiani.

In Parua Naturalia, duplici adiecto textu. Antiquo & Nicolai Leoniceni.

TOMVS QVARTVS COMPLECTITVR.

Expositionem in Duodecim libros Methaphisices, cum duplici textus interprætatione, Antiqua, & D. D. Bessarionis Cardinalis Niceni.

Tractatum de Ente & Essentia, cum Commentarijs D.D. Tho. de Vio, Caietani, Card. S. Systi. Et expositionem in librum de Causis.

TOMVS QVINTVS COMPLECTITVR.

Expositionem in decem libros Ethicorum ad Nicomacum, cum duplici textus translatione. Antiqua, & Ioan. Argyropili.

In octo libros Politicorum, cum duplici textus interpretatione, Antiqua scilicet, per sectiones proprijs restituta locis, & Leonardi Aretini.

TOMVS SEXTVS COMPLECTITVR.

Scriptum in Primum & Secundum Sententiarum Magistri Petri Lombardi.

Tomus

TOMVS SEPTIMVS COMPLECTITVR.

Scriptum in Tertium & Quartum Sententiarum Magistri Petri Lombardi.

TOMVS OCTAVVS COMPLECTITVR.

Quæstiones quæ Disputatæ dicuntur, & Quæstiones Quodlibetales, vel Placitorum S. Tho.

TOMVS NONVS COMPLECTITVR.

Sũmã Catholicæ fidei Contra Gentiles, cum Commentarijs Magistri Francisci Ferrariensis.

TOMVS DECIMVS COMPLECTITVR.

Primam partem Summę Theologiæ cum Commentarijs D. D. Thomę de Vio Caietani, & Expositionem In Librum Dionysij de Diuinis Nominibus.

TOMVS VNDECIMVS COMPLECTITVR.

Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ, cum Commentarijs D. D. Thomę de Vio Caietani.

TOMVS DVODECIMVS COMPLECTITVR.

Tertiam partem Summæ Theologiæ, cum Commentarijs D. D. Thomæ de Vio Caietani.

TOMVS TERTIVSDECIMVS COMPLECTITVR.

Commentaria in quosdam libros Veteris Testamenti, scilicet in Iob, in Primam Quinquagenam Dauidis, In Canticum Canticorum, In Esaiam, In Ieremiam, & in eius Lamẽtationes.

TOMVS QVARTVSDECIMVS COMPLECTITVR.

Commentaria in sanctum IESV Christi Euangelium secundum Matthæum, & secundum Ioannem.

TOMVS QVINTVSDECIMVS COMPLECTITVR.

Catenam Auream in Quatuor Euangelia, ex dictis Sãctorum Patrum miro artificio connexã.

TOMVS SEXTVSDECIMVS COMPLECTITVR.

Commentaria in omnes D. Pauli Apostoli Epistolas, & Sermones pro diebus Dominicis, & pro Sanctorum solennitatibus per Annum, antehac nunquam impressos.

TOMVS DECIMVS SEPTIMVS COMPLECTITVR.

Opuscula omnia, & quędam ante hac numquàm impressa & Scriptum (vt dicunt) Secundum in Quatuor libros Sententiarum, ad Hannibaldum Hannibaldensem Cardinalem.

His omnibus præmissa est Tabula Aurea, Magistri Petri de Bergomo, ordinis fratrum Prædicatorum, in dictis sancti Thomę; Quæ maximo confecta labore, & omnia quę a S. Doctore, siue in Phylosophia, siue in Theologia dicta sunt notatu digna, per conclusiones complectens, Lectori ad quodlibet inueniendum, facillimum iter ostendit.

PIVS PAPA V.

MOTV PROPRIO &c. *Cum dilecti filij* Vincentius *tunc in minoribus existens ordinis prædicatorum sancti* Dominici Magister, *nunc uero* S. R. E. Cardinalis Iustinianus *nuncupatus, dicti ordinis ex dispensatione nostra usque ad futuri* Magistri *generalis electionẽ* Vicegeneralis, & Thomas Manrique *sacri nostri Palatij* Apostolici magister, *omnia opera in sacra* Theologia, & Philosophia *commentaria beati* Thomæ Aquinatensis *dicti ordinis professoris in unum collecta & maximis diligentia, & studio accurate reuisa, atque erroribus expurgata, & emendata, eorum & dicti ordinis propria impensa in commune commodum, & Christianæ religionis augmentum, & utilitatem, nec sine maximo eorundem labore nuper in alma Vrbe imprimi fecerint & curauerint: Nos attendentes quòd dicta opera & commentaria, in sacra* Theologia *præsertim, ita accurate & tanto labore erroribus expurgata, si in futurum ab alijs & alibi imprimerentur posse pluribus erroribus, & apostillis etiam ab orthodoxa fide deuiantibus, denigrari, prout præteritis temporibus, tum impressorum incuria, cum etiam ab orthodoxa fide deuiantium malitia, in imprimendis aliorum sanctorum patrum sacræ* Theologiæ *operibus, & commentarijs accidisse comperimus, quæ in hisce operibus beati* Thomæ *ne contingant prouidere uolentes, ac etiam labori dictorum* Vincentij & Thomæ *dictique ordinis honori in præmissis opportune consulere cupientes, Motu simili ex certis nostris scientia & uoluntate, ne opera, seu commentaria ipsa, a quoquã cuiuscumque dignitatis gradus, ordinis, uel conditionis, seu præeminentiæ existente, quocumque tempore sine ipsius* Thomæ Manrique *de præsenti, & pro tempore dicti sacri nostri Palatij Apostolici magistri existentis, expressa licentia imprimi aut uendi, seu uenalia teneri possit, decernimus, prohibemus & mandamus. Inhibentes propterea omnibus, & singulis Christi fidelibus tam in Italia quàm extra Italiam, & in quacumque mundi parte existentibus, præsertim Bibliopolis, seu librarijs librorum Impressoribus, & mercatoribus in Virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ, in terris uero* S. R. E. *mediate uel immediate subiectis amissionis librorum, ac mille ducatorum auri de Camera, pro dimidia Cameræ Apostolicæ & pro alia dimidia dicto ordini applicandorum pœnis, per eos, & alios quoscumque cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis & præeminentiæ existentes, eisque auxilium, consilium, & fauorem præstantes & talia facientes, tacentes, & non reuelantes, toties id fecerint, ipso facto, & absque alia declaratione in currendis dicta opera, seu commentaria in quacumque forma alicubi (per decennium a data præsentium computando) imprimere, nec per quosuis impressa uendere, seu uenalia habere, proponere, uel retinere sine dicti* Thomæ Manrique *seu pro tempore existentis, dicti sacri Palatij Apostolici magistri, ut præfertur, expressa licentia, audeant uel præsumant: decernentes insuper, & mandantes quòd si aliquo tempore in futurum, opera, & commentaria ipsa ex quacumque dispensatione siue licentia præmissa a quoquam imprimi contigerit, non nisi secundum exemplar impressionis prædictæ, ut præfertur, per dictos* Vincentium Cardinalem & Thomã *magistrũ factæ, imprimi possint, & aliter impressa per fratres dicti ordinis prædicatorum haberi, retineri, legi, nec uti sub eisdem pœnis, etiam eo ipso incurrendis, nequeant quouis prætextu, sicq; per quoscumque Iudices & sanctæ* Rom. Eccl. Cardinales & *dicti Palatij nostri causarum* Auditores &c. *iudicari & sublata &c. irritum quoque etc. uolumus, & decernimus. Mandantes propterea uniuersis* Venerabilibus *fratribus nostris Patriarchis Archiepiscopis, Episcopis, & alys locorum Ordinarijs, eorumque* Vicarijs *in spiritualibus, ac officialibus, generalibus, & in statu temporali* S R. E. *legatis, Vicelegatis nostris, & pro tempore* Rom. Pontificis *siue dictæ sedis, ac ipsius status Gubernatoribus, & Locatenentibus, cæterisque officialibus, & iustitiæ Ministris, ut quoties pro præsentium obseruatione, & adimplemento siue executione fuerint requisiti, in eisdem efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra Decretum, Inhibitionem & mandatum*

& Mandatum nostrum huiusmodi inuiolabiliter obseruari, necnon omnes, & singulos in præmissis, seu aliquo eorundem contrauenientes dictas excommunicationis, & alias pœnas prædictas incurrisse declarent, & pro talibus, & ut tales excommunicatos nuntiari in eorundem Ecclesiis, & locis publicis respectiue mandent & faciant. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas etiam sæpius aggrauando, & reaggrauando, interdicendo, & alijs iuris, & facti remediis &c. compescendo, inuocato etiã (si opus fuerit) ad hoc auxilio brachij sæcularis, nõ obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis, legibus, & consuetudinibus, etiam si alicui quòd excommunicari seu interdici non possit, nisi per literas de eorundem indulto ad uerbum plenam mentionem facientes, per Sedem Apostolicam concessum fuisset, necnon Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, de una, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres; necnon Cancellariæ nostræ Apostolicæ Regulis, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. & quia difficile foret huiusmodi nostri Motus proprij Originale ad quælibet loca deferri, Volumus, & eadem auctoritate decernimus & transumptis, uel exemplis ipsius, etiam in ipsis operibus impressis, plena, & eadem prorsus fides adhibeatur & ubique in iudicio, & extra illud, fidem faciat, ac si præsens originale exhiberetur, & quòd præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, & sine registratura & Cancellariæ regulis contrarijs, in aliquo non obstantibus.

Placet, Motu proprio .M.

Datum Romæ Apud sanctum Petrum, decimo octauo Kalendas Decembris. Anno Quinto.

TABVLA AVREA EXIMII DOCTORIS FRATRIS PETRI DE BERGOMO ORDINIS FRATRVM PRAEDICATORVM

In omnia opera Diui Thomæ Aquinatis eiusdem ordinis.

Cum additionibus Conclusionum, Concordantiis dictorum eius, ac Diuinæ Scripturæ Auctoritatibus, Nuperà uitiis innumeris expurgata, atque quàmplurimis propositionibus, & allegationibus aucta,

Quibus autem regulis ea utendum sit, sequens ostendit Præfatio.

ROMAE, M. D. LXXI.

COMMENDATIO DOCTRINAE SANCTI THOMAE DE AQVINO PER APOSTOLICAM SEDEM.

INNOCENTIVS PAPA, IN SERMONES QVI INCIPIT, ECCE PLVS QVAM SALOMON

HIC, DE DOCTRINA DIVI DOCTORIS, SANCTI THOMAE de Aquino ſacri ordinis Fratrum Prædicatorum, ſic ait.

HVIVS DOCTORIS SAPIENTIA, PRÆ CETERIS (EXCEPTA Canonica) proprietatem habet verborum, modum dicendorum, ſententiarum, ita quòd numquàm qui eum tenuit, inueniatur a tramite ueritatis deuiaſſe, & qui eum impugnauit, ſemper fuit de ueritate ſuſpectus.

COPIA BVLLÆ APOSTOLICÆ, IN QVA DOMINVS VRBANVS PAPA SEXTVS, iniungit Doctoribus uniuerſitatis Tholoſanæ, Anno Domini 1379. ut Beati Thomæ de Aquino Doctrinam, tamquam ueridicam & catholicam ſectentur, eamque ſtudeant totis uiribus ampliare: ſic dicens in Bulla tranſlationis corporis prefati Sancti Thomæ de Aquino.

VRBANVS Epiſcopus Seruus ſeruorũ Dei, Venerabili Archiepiſcopo Tholoſano, & dilectis filiis Cancellario eccleſiæ Tholoſanę, uniuerſiſq; Magiſtris & Doctoribus, ceteriſq; clericis & laicis, in ciuitate & prouincia Tholoſana Cõmorãtibus, Salutẽ, & Apoſtolicã benedictionẽ. Laudabilis Deꝰ in ſanctis ſuis, & in ſui maieſtate mirabilis, cuius ineffabilis prouidentiæ altitudo, nullis incluſa limitibus, nullis terminis comprehenſa, recti cenſura iudicii, cæleſtia pariter & terrena diſponit, & ſi cunctos eius miniſtros magnificet altis decoret honoribus, & cæleſtis efficiat beatitudinis poſſeſſores, illos tamẽ ut dignis digna rẽpẽdat, potioribus attollit inſigniis dignitatum, & præmiorum uberiori retributione proſequitur, quos digniores cognoſcit, & commendat intenſior excellentia meritorum. Sic & alma mater eccleſia, eius ſacra ueſtigia inſequens, & exemplo inducta laudabili, licet uniuerſos in regnis cæleſtibus conſtitutos, ſtudiis honorarie ſolicitis non deſiſtat, egregios tamen doctores, per quorum perlucida & ſalutaria documenta, eadem eccleſia illuſtratur, uirtutibuſque, & moribus informatur, libenter & ſolerter exequitur, quæ ſunt dei præmiſſa meditatione perluſtrans, ad diuini nominis honorem & gloriam, & ad exaltationem catholicæ fidei ſalutemque fidelium, rite cenſuit, meritoque prouidit, eoſdem in uniuerſali eccleſia, honorificenciæ potioris munere, & impendiis attollendos. Sane cum ſacrum & uenerabile corpus beati Thomæ de Aquino, ordinis Fratrũ Prædicatorum, ſit de mandato noſtro, ad eccleſiam Fratrũ Prædicatorum Tholoſanam, proximo transferendum, nos attẽdentes, quanta a deo ſciẽtia dotatus, ordinem Fratrum Prędicatorum, & uniuerſalem eccleſiam illuſtrauerit, ac beati Auguſtini ueſtigia inſequens, eccleſiam eandem doctrinis & ſciẽtiis quàm plurimis adornauerit, uolenteſque propterea idem corpus ſpecialt honorificentia attolli, uniuerſitatem ueſtram requirimus & hortamur in domino Ieſu Chriſto, uobis nihilominus, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus dictum corpus, cum ad partes eaſdem tranſferretur, benigne & honorifice ſuſcipientes, eumque deuote ac uenerabiliter pertractantes, faciatis ab aliis, quantum in uobis eſt, cum debita honorificentia ac deuotione ſuſcipi & tractari. Volumus inſuper, & tenore prẽſentium uobis iniũgimus, ut dicti beati Thomæ doctrinam tamquàm ueridicam & catholicam ſectemini, eamque ſtudeatis totis uiribus ampliare. Datum apud montem Flaſconem, ſecundo Kalendas ſeptembris. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

EPISTOLA VNIVERSITATIS PARISIENSIS, IN LAVDEM DEFENSIONEM, ATQVE FAVOREM DOCTRINAE EIVSDEM DIVI DOCTORIS. S. THOMÆ DE AQVINO.

VNIVERSIS præsentes literas inspecturis, Srephanus permissione diuina Parisiensis Episcopus, Salutem in omnium Saluatore. Magistra rerum experientia, certis indiciis euidenter demonstrat, multa quibusdam temporibus ordinata consulte, nouis emergentibus causis, succedentibus temporibus, in contrarium debere consultius immutari. Dudū siquidem fœlicis memoriæ quidam prædecessores nostri Parisiēses Episcopi, quosdam articulos (ne forsitan eos male intelligentes, caderent in errorem) tamquàm erroneos, per excommunicationis sententiā damnauerunt, & interdixerunt expresse. Quorum tamen nonnulli doctrinam eximii doctoris Beati Thomæ de Aquino de ordine Fratrum Prædicatorum, tangere ab aliquibus asseruntur. Quā articulorum & sententiarum promulgationem, Venerabiles uiri, Decanus & capitulum ecclesiæ dominæ nostræ, sicut ueritatis zelatores, intimius considerantes, necnon doctrinæ ac famæ, Beati Thomæ prædicti iniustam denigrationem, ueritatis occultationem, & Sanctæ Romanę ecclesię aliqualem dehonorationem, per uenerabilem uirum, magistrum Annibaldum. Decanum, Attrabatēsem Archidiaconum, sacræ Theologię doctorem, & dominum Petrum de Fagello, Parisiensem Canonicum, eorum propter hoc nuncios, ad nos specialiter destinatos, nos requisierunt, nobisque supplicauerunt, quatenus uocatis omnibus sacræ Theologiæ Doctoribus, ac cum eisdem communicato consilio, & deliberatione habita diligenti, & cum aliis etiam, qui de talibus & intalibus plura possunt, ueritatis uiā apperiremus, per quam in prædictis articulis, inquantum doctrinam Beati Thomæ prædicti, & Doctoris egregii tangere possunt. Sanctæ Romanæ ecclesiæ ac Sancti prædicti & doctoris uenerabilis honorem & reuerentiā seruaremus. Nos igitur attendentes cum eis, quòd sacrosancta Romana ecclesia, mater omnium fidelium, & magistra fidei & ueritatis, in firmissima Petri Christi Vicarii confessione fundata, ad quam uelut ad uniuersalem regulam catholicæ ueritatis, pertinet approbatio doctrinarum, declaratio dubiorum, determinatio tenendorum, & confutatio errorum, prefatum doctorem eximium & uenerabilem, cuius doctrina fulget ecclesia, ut sole luna, nuper sanctorum confessorum cathalogo ascribedum decreuit, diligēti discussione & examinatione habita super uita sancta, & doctrina clara ipsius, ipsumque quo ad uitam puram, & doctrinam salubrem, orbi terræ dignum & commendabilē prædicauit, cupientes gloriosum Deum in sanctis suis, apud fidelium deuotionem, in terris gloriosius exaltari, ac sacratissimæ matris nostræ prædictæ desiderantes uestigia sancta imitari, dictumque confessorem & doctorem gloriosum, fœliciter in cælis regnantem, apud terrigenas deuotius & celebrius honorari, & presertim cum fuerit uniuersalis ecclesiæ lumen præfulgidum, gemma radians clericorum, fons doctorum, Vniuersitatis nostræ Parisiensis speculum clarissimum, & candelabrum insigne ac lucens, per quod omnes qui uias uitæ & scolas doctrinæ sanæ ingrediuntur, lumen uident, claritatis uitę, famæ claræ, & scientię lucidæ, uelut stella splendida & matutina refulgens, per uenerabiles ac dilectos consiliarios nostros fideles, Magistrum Vgonem de Bisuntio Cantorem Parisiensem, Magistrum Stephanum de noua Villa, & Dominum Oddonem de Senonis, Canonicum Parisiensem, inquisitione facta super dictis articulis, apud doctores theologicę facultatis, & eorum congregatione generali regentium & non regentium, sæcularium & regularium, ad hoc specialiter conuocata, comperto per Dei gratiam, dictum confessorem Beatum, & Doctorem egregium, nil sensisse, docuisse seu scripsisse, quod sanæ fidei, uel bonis moribus aduersetur, de consilio Venerabilium uirorum Decani & capituli Parisiensis, & Venerabilis Patris Domini Gulielmi, Dei gratia Viēnensis archiepiscopi, sacræ theologię professoris, & aliorum uigintitrium magistrorum in theologia, una cum Reuerendo patre supradicto in literis, cum eorum sigillis per prefatos commissarios nobis comissos, necnon & triginta nouem bachalariorum in theologia, super hæc per literas eorum, propriis, subscriptionibus & sigillis munitis, super hoc consulentium & rogantium humiliter & deuote, & aliorum discretorum solenni ac maturo consilio super hoc habito, supradictam articulorum condemnationem, & excommunicationis sententiam, quantum tangunt, uel tangere asseruntur, sanam doctrinam Sancti Thomę predicti, & doctoris eximii, ex certa scientia, tenore præsentium totaliter annullamus. In cuius annullationis testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud Bertiliacum, Anno Domini 1325. Die Iouis ante sacros cineres.

LIBRI SANCTI THOMAE DE AQVINO ISTI SVNT LIBRI, QVOS COMPOSVIT DIVVS DOCTOR, SANCTVS THOMAS DE AQVINO, SACRI ORDINIS FRATRVM PRÆDICATORVM; Secundum ordinem & numerum prout allegantur in præsenti Tabula.

¶ Prima pars summe totius theologiæ, continens, qu. 119. & articulos. 585.
Prima secundæ, continens. q. 114 & articulos. 620.
Secunda secundæ, continens, q. 189. & articulos. 917.
Tertia pars, continens. q. 90. & articulos. 532.
Primum scriptum eius, super primum librum sententiarū habens distinctiones. 48. q. 97. articulos. 293. & quæstiunculas. 389.
Secundum scriptum sententiarum, habens distinctiones. 44 q. 70. ar. 264. & quæstiunculas. 353.
Tertium scriptum sententiarum, habens distinctiones. 40, q. 89. ar. 271. & quæstiunculas. 542.
Quartum scriptum sententiarum, habens distinctiones. 50. q. 508. ar. 980. & quæstiunculas. 1452.
¶ Summa contra gentiles, habens libros quatuor, & cap. 473.
Liber qui dicitur, quæstiones disputate de ueritate, habens. q. 29. & articulos. 240.
Quæstiones de potentia Dei, habens. q. 10. & ar. 83.
Quæstiones de Malo, habens. q. 16. & ar. 97.
Quæstiones de uirtutibus in communi, habens. quæst. 5. & ar. 21.
Quæstio de Vnione uerbi incarnati, habens. ar. 5.
Quæstio de Spiritualibus creaturis, habens. ar. 12.
Quæstio de Anima, habens. ar. 21.
Quolibeta undecim, quorum quæstiones sunt. 100. & articuli. 210. Sed secundum aliquos, eius quolibeta sunt tredecim, quorum articuli sunt. 247.
Quæstiones eius de uniuersalibus.
Compendium theologiæ in cōmuni, habens capitula. 260.
Volumen opusculorum eius, habens libros. 73. quorum nomina, ordo, & numerus, postea hic inferius annotabuntur suo loco.
Expositio sancti Thomę super librum sancti Iob.
Expositio super primos tres nocturnos psalterii Dauid.
Expositio super Cantica canticorum Salomonis.
Expositio super Isaiam.
Expositio super Hieremiam, & super Trenos.
Opus aureum, siue cathena aurea, ex dictis aliorum sanctorum doctorum contexta, super quatuor libros euangeliorum in communi.
Postilla eius super Matthæum in speciali.
Postilla eius super Ioannem in speciali.
Expositio eius super omnes epistolas beati Pauli apostoli.
Expositio super librum Dionysii de diuinis nominibus.
Expositio super librum Dionysii de Cœlesti hierarchia.
Collationes quadragesimales.
Sermones dominicales & festiui
Scriptum eius super cōmētum Procli philosophi in librum de Causis.
Scriptum super decem libros ethicorum Aristotilis.
Scriptum super octo libros politicorum.
Scriptum super libros Iconomicorum.
Scriptum super duodecim libros Metaphysicę.
Scriptum super octo libros Physicorum.
Scriptum super duos libros, de Cælo & mundo, cum parte tertii.
Scriptum super duos libros de generatione & corruptione.
Scriptum super quatuor libros Meteorum.
Scriptum super tres libros de Anima.
Scriptum super librum de sensu & sensato.
Scriptum super librum de Memoria & reminiscentia.
Scriptum super librum de Somno & uigilia.
Scriptum super duos libros Posteriorum.
Scriptum super duos libros Perihermenias.
Scriptum super librum Porphyrii.

¶ Explicit numerus librorum Diui Thomæ Aquinatis, Sacri ordinis Fratrum Prędicatorum.

¶ Nomina, ordo, & numerus opusculorum. Diui Doctoris, Sancti Thomæ de Aquino, secundum quòd allegantur in præsenti tabula, prout per tempora diuersa, ex diuersis mundi partibus, ad manus nostras deuenerunt.

Opusc.
1m. Liber siue tractatus contra errores græcorum, ad dominum Vrbanum papam quintum, qui sic incipit. Libellum ab excellentia uestra.
2m. Declaratio quorundam articulorum, contra græcos, armenos, & saracenos, ad cantorem Antiochiæ, sic, Beatus Petrus Apostolus. Aduerte quòd opusc. hoc, in ordine opusc. Tom. 17. est tertium, tertium uero secundum.
3m. Compendium theologiæ, in speciali, scilicet de christiana religione, sub fide, spe, & caritate, ad fratrem Reginaldum, socium suum carissimum, sic. Aeterni patris.
4m. De decem præceptis decalogi, & lege amoris homini necessaria, sic. Tria sunt homini necessaria.
5m. De articulis fidei, & de ecclesiæ sacramentis, ad Archiepiscopum Panormitanum, sic. Postulat a me.
6m. Expositio symboli Apostolorum, scilicet, Credo in unum deum, sic. Primum quod est necessarium.
7m. Expositio orationis Dominicæ, scilicet Pater noster, sic. Inter alias orationes.
8m. Expositio salutationis angelicæ, scilicet, Aue gratia plena, sic. In salutatione.
9m. Responsio ad fratrem Ioannem de Vercellis sacræ theologiæ professorem, ac generalem magistrum ordinis fratrum prædicatorum, de. 108. articulis, sumptis ex opere domini Innocentii papæ quinti, qui fuit frater Petrus de Tarantasia, eiusdem ordinis fratrum prædicatorum, sic. Primo considerandum est.
10m. Responsio ad eundem Generalem Magistrum præfati ordinis, de. 42. articulis, sic. Reuerendo in Christo patri.
11m. Responsio ad Fratrem Bassanum, lectorem Venetum eiusdem ordinis, de. 36. articulis, sic. Lectis literis uestris.
12m. Responsio ad lectorem Bisuntinū eiusdem ordinis, de sex articulis, sic. Carissimo sibi.
13m. De differentia uerbi diuini & humani, sic. Ad intellectum huius nominis quod dicitur Verbum. Item alius tractatus eius de Verbo, sic. Videamus quid sit Verbum.
14m. De natura uerbi intellectus, sic. Quoniā circa naturā uerbi.
15m. De Angelis seu de substantiis separatis, ad fratrem Reginaldum, socium suum carissimum, sic. Quia sacris.
16m. De unitate seu pluralitate intellectus, contra auerroistas, sic. Sicut omnes homines.
17m. Contra retrahentes homines a religionis ingressu, sic. Christianæ religionis propositum.
18m. De perfectione uitæ spiritualis, sic. Quoniam quidam perfectionis ignari.
19m. Contra impugnantes religionem, scilicet contra Vuilielmū de sancto amore, sic. Ecce inimici tui sonuerunt.
20m. De regimine principum, ad regem Cipri, sic. Cogitāti mihi quid offerrem Regis celsitudini.
21m. De regimine Iudæorum ad ducissam Brabantiæ, sic. Excellētiæ uestræ recepi literas.
22m. De forma absolutionis sacramentalis, ad tunc Generalem magistrum ordinis fratrū prædicatorū, sic. Perlecto libello.
23m. Expositio primæ decretalis. Firmiter, ad Archidiaconū Cudestinum, sic. Saluator noster.
24m. Expositio secundæ decretalis. Damnamus, ad eundem Archidiaconum Cudestinum, sic. Exposita Forma.
25m. De sortibus ad dominum Iacobum de Burgo, sic. Postulauit a me uestra dilectio.
26m. De iudiciis astrorum, ad fratrem Reginaldum, socium suū carissimum, sic. Quia petisti.
27m. De æternitate mundi, contra murmurātes, an potuerit esse, sic. Supposito secundum fidem catholicam.
28m. De fato, sic. Quæritur de facto, an sit, & quid sit.

De

29m. De principio individuationis, sic. Quoniam duæ sunt.
30m. De Ente & essentia Opusculum hoc expositum a D.D. Thoma de Vio Caietano, quære inter opera Diui Thomæ, Tomo Quarto, post Metaphysicam.
31m. De principiis naturæ, siue de principiis rerum naturalium, ad fratrem Syluestrũ eiusdem ordinis, sic. Quoniã quoddã.
32m. De natura materiæ, sic. Postquàm de principiis.
33m. De mistione elementorum, ad magistrum Philippum, sic. Dubium apud multos.
34m. De occultis operibus naturæ, ad quendam militem nobilẽ, sic. Quoniam in quibusdam.
35m. De mõtu cordis, ad magistrum Philippum, sic. Quia omne quod mouetur.
36m. De instantibus, sic. Quoniam omnem durationem.
37m. De quatuor oppositis.
38m. De demonstratione, sic. Ad habendum cognitionem.
39m. De fallaciis, ad quosdam nobiles artistas, sic. Quia logica est rationalis scientia.
40m. De propositiõibus modalibus, sic. Quia propositio modalis. Opusculum de eruditione principis nuper in Vaticana inuentum, tanquam uere a Diuo Thoma editum, inter certa postumos, sed numero illud nõ signauimus, ne antiquã seriem opusculorum, a consueto diuerceremus ordine.
41m. De natura accidentis, sic. Quoniã omnis cognitio humana.
42m. De natura generis, sic. Quoniam omnis creatura.
43m. De potentiis animæ, sic. Vt adiutorium homini collatum.
44m. De tempore, sic. Sicut uult Philosophus.
45m. De unitate uel pluritate formarum, sic. Quoniam sanctum est.
46m. De dimensionibus interminatis, sic. Postquã de principiis.
47m. De natura syllogismorum, sic. Quoniam scire est.
48m. Summa totius logicæ, sic. Quoniam omnes homines, prout etiam in supplemẽto cronicarũ, lib. 13. folio. 130. allegatur.
49m. De sensu respectu singularium, & de intellectu respectu uniuersalium, sic. Circa considerationem sensus.
50m. De inuentione medii, hic. Quoniam principium syllogizandi unamquamque propositionem.
51m. De natura luminis, sic. Cõsiderandũ est de natura luminis.
52m. De natura loci, sic. Ad sciendum naturam loci.
53m. De intellectu & intelligibili, sic. Sciendum quòd ad rationẽ eius quod est intelligere.
54m. De quo est, & quod est, sic. In omnibus in quibus est compositio ex materia & forma.
55m. Primus tractatus de uniuersalibus, sic. Circa uniuersalia.
56m. Secundus tractatus de uniuersalibus, sic. Quoniam dicit Aristoteles.
57m. De officio in festo corporis Christi, sic. Sacerdos in æternũ.
58m. De uenerabili sacramento altaris per modum sermonum, sic. Venite & comedite.
59m. De eodem uenerabili sacramento altaris, per modum decẽ prædicamentorum, ad petitionem quorundam prælatorum & baronum, sic. Memoriam fecit mirabilium suorum.
60m. De humanitate Christi, sic. Christus Iesus.
61m. De dilectione dei & proximi, sic. Magister, quod est mandatum.
62m. De diuinis moribus, sic. Perfecti estote.
63m. De beatitudine, sic. Beati qui habitant.
64m. De puritate conscientiæ, & modo confitendi, sic. Quoniam fundamentum.
65m. De officio sacerdotis, sic. Quia sacerdotis officium.
66m. De expositione missæ, sic. In uirtute sanctæ crucis, & sacramenti altaris.
67m. De usuris in speciali, scilicet in emptione & uenditione ad terminum, siue ad tempus, siue ad credentiam, ad fratrem Iacobum viterbiẽsem, lectorem Florẽtinum, eiusdem ordinis, sic. Carissimo in Christo fratri Iacobo.
68m. De modo acquirendi diuinam sapientiam, sic. Quia quæsiuisti a me.
69m. Expositio in librum Boetii de Ebdomadibus, sic. Præcurre prior in domum tuam.
70m. Expositio in librum Boetii de trinitate, sic. Ab initio natiuitatis.
71m. De uirtutibus & uitiis, sic. Quatuor sunt uirtutum species.
72m. De concordantiis suipsius, scilicet dictorum eiusdem sancti Thomæ, in quibus aliquando uidetur apparenter sibimet contradicere, sic. Pertransibunt plurimi.
73m. De usuris in communi, sic. Omnis homo a natura non degenerans, ueritatem amat.

¶Hoc ultimum opusculum, quia neglectu quorundam, cum aliis sancti Thomæ opusculis impressum non fuit, eum tamen ut a peritis antiquioribus patribus sacri ordinis fratrũ prædicatorum accepimus, absque dubio sit opusculum eius, atque in eodem opusculo, cº. 19. alleget opusculum quartũ de decem præceptis decalogi, ubi cº. 12. in fine, ostendens differentiam inter usuram & furtum & rapinã, sic ait. Et de iis alias scripsimus in septimo præcepto decalogi diffusius, idcirco ipsum ultimum opusculum de usuris in communi, in hac saltem tabula, quo ad principales eius conclusiones perutiles ac necessarias, plenius sub dictione Vsura, per ordinem conclusionũ, ut imprimeretur curauimus. Cõstat enim eundem Diuum doctorem, personis diuersis, in diuersis mũdi partibus constitutis, diuersos edidisse libros, atque tractatus, qui omnes ad nostras forsitã non deuenerunt manus, eo modo quo & ipse allegat dictum Aristotelis dicens; quòd Alexander dicit, quòd secundum Aristotelem Deus habet prouidentiam de istis inferioribus: qui tamen liber Aristotelis uel dictum eius de prouidentia dei, aliter ad manus latinorum nondum deuenit. Et de beato Dionysio ait, quòd Dionysius quatuor fecit libros, secundum quẽ aliquid dicitur de deo quadrupliciter, sed liber primus non est translatus de græco in latinum. Et sicut ultra compendium theologiæ in speciali, scilicet de christiana religione, sub fide, spe, & charitate, quod scripsit deuote, ad fratrem Regiualdum, carissimum socium suum, aliud scripsit compendium theologiæ in cõmuni, & ultra determinationes quas in summa Theologiæ fecit de unaquaque uirtute in speciali, idem Diuus Thomas aliam quæstionem composuit de uirtutibus in communi, sic & ultra determinationes, & ultra opusculum quod fecit de usura in speciali, scilicet in emptione & uenditione ad terminum, siue ad certum tempus, siue ad credentiam, aliud opusculum cõposuit, de usuris in communi, iure diuino atque humano, undique circunfultum.

¶Explicit numerus opusculorum Diui Thomæ Aquinatis, Sacri ordinis Prædicatorum.

DECLARATIO PROOEMIALIS, QVA PVLCHRE PRAESENTIS TABVLAE SERIES, ET CONTINENTIA OSTENDITVR, MODVSQVE IN EA PROCEDENDI, QVAM FACILIS APERITVR.

AD laudem, & gloriam unius, & trini Dei, eiusque gloriosissimæ genitricis, semperque intactæ uirginis Mariæ, & Sancti Patriarchæ Dominici, ac Doctoris Angelici Diui Thomæ de Aquino, sacri ordinis fratrum Prædicatorum, unà cum tota cælesti Curia triumphante, Tabulam uere Auream, & certissime pretiosam, quantis, qu alibusque diurnis, pariter ac nocturnis sudoribus, nouit Dominus, correctam, expurgatam, auctam, atque omni ex parte decoratam gratis accipiant, quicunque in uerdica, catholica, & saluberrima eiusdem S. Thomæ doctrina proficere cupiunt. pro facili eius notitia, hæc, quæ sequuntur, necessariò prænotantes.

¶Primum. Continet præsens Tabula, per modum, & ordinem alphabeti, conclusiones, & principales sententias librorum omnium, & opusculorum eiusdem S. Thomæ, tam in artibus, quàm in sacra pagina, atque Diuina Theologia, prætermissis ijs tamen, quæ in sua Catena aurea super libros euangeliorum, ex sanctorum dictis, miro ordine contexuit, atque alijs, quæ nobis in opusculo de Eruditione Principis ac in suis ipse sermonibus, nunc primùm luci traditis, quàm docte, ne pie minus scripta reliquit.

¶Secundum. Eadem sæpe conclusio ob multas in ipsa conclusione, uariasque dictiones notabiles, sub diuersis suis possetserioseloca-ri uocabulis: quæ tamen conclusio ex diuersis aliquando libris collecta breuitatis studio, sub uno tantum, & principaliori eius uocabulo traditur: & quoad reliquas dictiones in conclusione eadem minus principaliter contentas, fiet remissio per principalem dictionem ad conclusiones alias, aliarum dictionũ, cũ numero suæ conclusionis suo loco in margine iuxta cõclusionũ principia designato.

*¶Tertium. Copiam, & dictionum necessariam multitudinem, quæ post consuetas allegationes diuersis, uarisque locis dispositæ, singulis plerunq; conclusionibus postponuntur, pertransire non licebit. pro quarum omnium distincta notitia, cautum sit, quòd ipsarũ aliquibus disiunctio, uel, præponitur: nonnullis autem coniunctio; ut, præmittitur, quàmplurimis uero stella hæc * præsignatur. ut exempli causa, Abdicatio rerum temporalium &c. post allegationes 12ª. & 22ª. has habet dictiones. Perfectio. 71. Melius. 3. &c. nullo horũ eis signo præpositio. quod insinuat, quæ in huiusmodi dictionibus tractari contingit, ad conclusionem prædictam, uidelicet, Abdicatio rerum &c. aliquo pacto pertinere. His dictionibus subsequuntur. s. Amor. 93. 94. Martyrium. 13. &c. quibus, cum disiunctio, uel, præponatur: ostenditur de alia dictione eas loqui, & non amplius de Abdicatione quòd perfectior sit animi præparatio. Dictiones autem, quibus coniunctio, ut, præmittitur: simile ibi aliquid, quasi in exemplum adduci designant. Illæ uero omnes, quæ stellam hanc * præuiam habent, insinuant, dictiones huiusmodi non esse singularum propositionum, quibus postponũtur ad propositum: sed tantummodo dictionum, de quibus agitur. Quamuis incuria aliquibus stella haud præmittatur: quibusdam, iniuria, posita sit: quod facillime ex dictionum multitudine cognoscetur, exempli gratia. Concupiscentia. 3. postponitur dictioni Abhominatio; in qua tamen dictione Concupiscentia. 3. non de tota præposita conclusione: sed de dictione hac tantum Abhominatio, agitur. Vt autem facilius quod de his dictionibus quæritur, habeatur, uerbi gratia. De premio accidentali: operæpretium magis & sat commodum erit, dictionem, Accidentale, quàm Præmium, discurrere: quoniã quæreti, quem plus Deus amet, quoad præmium accidentale; num innocentem, an pœnitentem: cum ibi sit. Amor. 32. facillime citato loco id obuium erit. Quæ dictio. Accidentale, in capite uersus cum signo hoc ¶ Sibi præmisso, post Accidentaliter, ponenda erat. Similiter, in quo habitus subiectiue inueniatur, minus molestum erit, dictionem subiectiue, requirere: ibique post præfatam dictionem, habitum illum uidere, ut, Abstinentia, Audacia, &c. suisque locis citationes: & tutius, citiusque quod optatur habebitur: quàmuis illæ dictiones, post primam sub recti propositionem sint collocatæ: cum immediate essent locandæ posti, Subiectiue, in quo sint habitus subiectiue describitur. quod de reliquis quoque dictum sit. Et hæc duo hic adducuntur, ut in exemplum, simulatque in errati correctionem transeant.*

¶Quartum. Vt Doctoris Almi scripta præclara facilius elucescant: maxima plerunque conclusionum multitudo, sub uno successiue uocabulo numeratur. Et, ne hinc in quærendo confusio oriatur: sed quod desideratur, occurrat citius: fiet earum distinctio in margine per dictiones. ad rem, de qua in conclusione illa sermo est, attinentes; utputa ad Quidditatem rei, uel ad Diuisionẽ, uel ad Causam, uel ad Effectum, uel ad Subiectum, uel ad aliquid huiusmodi: quibus innititur, conclusiones omnes, & sententias, sub dictis dictionibus positas ad eandem illius uocabuli distinctionem, & significationem, ibi designatam pertinere.

¶Quintum. Quo impressis hactenus Doctoris Sancti, atque in posterum imprimendis libris omnibus præsens Tabula deseruiat: ut quod inquiritur, satis facile, & prompte magis habeatur: pristino allegandi sententias per columnas confusissimo, ac impressionum uarietate semper incerto relicto more, articulorum corpora, responsiones ad argumenta, psalmos, capitula, lectiones, expositionem literæ Magistri sententiarum: ac cetera quæcumque, in tres partes mentis oculo restant distinguenda: nempe in principiũ, in medium, & in finem: & sub alphabeticis quibusdam maiusculis, in columnarum medio sitis: subque quandoque etiam minusculis in textu, & in textus ipsius expositione passim respersis characteribus, sententiæ, & conclusiones quæcumque continuò inuenientur. Exempli causa. Habetur in Tabula propositio ista, Abias interpretatur pater Deus. Mat. 1. meº. c. D. Hæc propositio, non in principio expositionis primi capitis in Matthæum, non in fine: sed in eius medio sub littera minuscula. c. subque. D. maiuscula quàm citius inuenietur. Legitur quoque, Accidẽs duplex. s. simplex, & copulatum subiecto. Meta. 7. lec. 4. meº. d. H. Et hæc pariter Accidentis diuisio, in medio expositionis lectionis quartæ septimi libri Metaphysicorum sub literis. d. H. eam expetenti confestim occurret. Et similiter omnia præsto aderunt: quæcunque pari modo requirentur.

¶Sextum. Allegationes quàmplurimæ in præsenti Tabula, in se quidem sub compendio, & sub breuitate literæ imprimuntur: sed ad unam tamen, eandemque conclusionem sub multitudine, multiplici de causa ponuntur: ut lectoribus, & prædicatoribus detur uia, & promptitudo difficultandi materias, atque facilius intelligendi concordantias diuersarum conclusionum Doctoris S. qui imitatus pro posse Sacram Scripturam (de qua ipse ait, quod nihil sub sensu spirituali, fidei necessarium continetur, quod manifeste alicubi per sensum literalem Scriptura Sacra non tradat:) & qui etiam a simili de beato inquit Dionysio, quòd multoties utitur quadam uerborum multiplicatione: quæ licet superflua uideatur: diligenter tamen considerata, magnã sententiæ profunditatem cõtinere inuenitur. quod uno loco aliquando obscure, atque sub sibi innata breuitate Diuus Thomas dicit, clarius alio in loco, ac diffusius ponit. Pro dictarum ergo notitia allegationum sciendum, quòd ubi in præsenti Tabula legitur sic 1ª. intelligitur illud esse in Prima Parte suæ Summæ Theologiæ 12ª. in Prima Secundæ. 22ª. in Secunda Secúdæ. 3ª. in Tertia Parte. 1. d. in primo libro Sententiarum,

83 Hoc primum dictum verum est, de multiplicatione specierū quarum principia sunt formæ, secundum vero de ea quæ ē multiplicatio indiuiduorum in eadē specie. Opusc. 72. q. 11.

84 Forma ordinatur ad materiam, & econuerso. 4. d. 17. q. 1. ar. 4. q. 1. c./. Veri. q. 9. 3. 6^m./. q. 28. 7. c.

Du^m.640.85 Immo forma est finis, propter quē materia sic vel sic disponitur. Spiritu. 1. 2^m./. Opusc. 3. c^o. 18. Respon^o. Dubio. 640^o.

86 Formam vniri materiæ, est impossibile, quin sit corpus.

For

Opusc. 42. c^o. 6.

87 Forma finitur & limitatur dupliciter, scilicet per materiam ad indiuiduum, & per differentiam ad speciem. Spiritu. 1. 2^m./. Opusc. 3. c^o. 18. Individuum. 20. 21.

88 Materia recipit formam, vt secundum ipsam, constituatur in esse alicuius speciei, non autem intellectus, sed secundū rationem formæ. 1^a. q. 50. 2. 2^m.

89 Omne illud per quod materia effi citur propria huius formæ, se tenet ex parte materiæ, vt dispositiones, & remotiones impedimentorum. 1^a. q. 86. 2. 1^m./. q. 87. 1. c./. 12 ℈. q. 2. 5. c./. 22 ℈. q. 27. 3. c. prin^o./. 4. d. 17. q. 1. ar. 4. q. 1. c./. Veri. q. 28. 7. 8. c./. Anima. 2. lec. 24. prin^o. a. * Dispositio. F. Effectus. 7. 10 15. 21. Elementum. F. Esse. F. Essentia. 11. 12. Finis. 11. 12. 31. &c. 76. 107.

90 Immo dispositio reducitur ad formam, ad quam disponit. 3. d. 13. q. 3. 1. c./. 4. d. 2. q. 2. ar. 1. q. 1. 2^m./. Phy. 3. prin^o. Respondeo, sicut Dubio. 524^o. *Fortitudo. 33. Generatio. E. Genus. 1. 2. 30, Gratia. 105, Habilitas. 0. Du^m.641^m.

91 Forma est magis substantia, & ens, & prior quàm materia, & compositum. Meta. 7, lec. 2. prin^o. c. Idea. 26. 40. 41.

92 Informitas materiæ dupler, scilicet carentia omnis formæ, & carentia triplicis pulchritudinis, scilicet lucis, visibilitatis & plantarum. Prima præcessit formationem natura tantum, secundum Augustinum, secunda vero etiam duratione, secundum alios. 1^a. q. 66. 1. o./. 4. c./. q. 67. 4. c./. 4^m./. q. 69. 1. 2. c./. q 74. 2. c./ Po^a. q. 4. 1. o./. 2. c.

93 Materia cognoscitur tantum dupliciter, scilicet per analogiam ad formam, & vt perfecta est per eam. 1^a. q. 15. 3. 3^m./. 2. d. 12. 4. c. prin^o./. d. 17. q. 1. 1. 4^m./. Ma. q. 6. 18^m./. Trin. 14. c./ Meta. 8, lec. 1. me^o. f. * Imperfectio. 3.

94 Consideratio physici versatur circa materiam, sed considerratio logici, versatur circa speciem & formam. Cæ. lec. 6.

95 Forma est magis de considerātione physici quàm materia, quia de materia non considerat, nisi in ordine ad formam. Trin. 18. 2^m. * Incorruptibile. In diuiduum. 13. 14 15. 23. 25 28. Infinitum. 17. 19. 20. 29. 30. Intellectualis, 4. 7. Intelligibile. 4.

96 Materia quæ est pura potentia, cum non possit esse sine forma, non potest esse in potentia ad non esse, nisi quatenus existens sub vna forma, est in potentia ad aliam formam. Potentia. q. 5. 3. c. * Materia. 4. 10. 14. 16. 17. 23. &c. 29. 31. 33 42. 50. Meritum. 85. Naturale. 1. 2. 10. Necessitas. 6. 8. Nutrire. 1. Obiectum. 1. &c. Pars. 1. 12. Participare. 5. Passio. 4. Perfe. 5. Possibilitas. 0. Po^a. 7. 20. 21. 22. 37. Prædicati. 20. 35. 36. Priuatio. 4. 7. 9. 12. 15. Proportio. 1. Quantitas. 4 25. Quo ē. 3. Recipere. 7. Resolutio. Resurrectio. 23. Semen. 6. Species 2. Subsistentia. 2. Substātia. 5. 24. 30. 35. Superius. 0. Susurratio. 1. Virtus. 106.

97 Præparatio materię ad formam necessario, includit proportionem materiæ ad agens, & ad formam. 4. d. 17. q. 1. art. 2. q. 2. c. * Agens. F. Agere. 9. Angelus. 73. 92. Apostoli. 24. 25. Applicatio. 1. Architector. Bonitas. 104. 147. Charitas. 15. Agens.

98 Materia inquantum est nuda, se habet indifferenter ad omnes formas, sed determinatur per agens. 1^a. q. 66. 2. c./. ℈. 3. c^o. 23. 8^m./. Spiritu. 3. 20^m. * Causa. 49. 81. Cōtritio. 16. De^o. 331. Fatum. 5. Inclinatio. 1. 4.

99 Nihil est sua materia, nec suum efficiens, sed aliquid est sua forma, vt in simplicibus. 1^a. q. 39. 2. 5^m. * Ingratitudo. 11.

100 Forma vt est in materia est prior ea via naturæ, & posterior via generationis, sed vt est in agente, est omni modo prior. 12 ℈. q. 20. 1. 3^m./. q. 62. 4. c./. 3. d. 2. q. 2. ar. 3. q. 3. 2^m./. Veri. q. 9. 3. 6^m./. Ma. q. 4. 4. c. * Instrumentum. 8. 9. 11. 16.

101 Effectus non est perfectio potentiæ actiuæ, sicut forma potentię passiuę. Po^a. q. 3. 4. 5^m. fi. * Lex, 169. Lux. 19.

102 Formæ omnium rerum, sunt in potentia actiua primi motoris. 1. d. 36. q. 2. 1. c./. Po^a. q. 7. 1. 8^m. * Operatio. 3. 4. 6. &c. *Deus. 380. 390. 391. 393. 394. 441. Differentia. 4. 9. 10. 12. 13 16. 17. 22. Differre. 2. 8. Diffinitio. 2. &c. 25.

103 Forma non latitat, cōtra Anaxagoram, nec est tota liter ab ideis, contra Platonem, nec ab intelligentia, contra Auicennam, sed educitur de potentia materiæ ab agente naturali, secundum Aristotelem. 1^a. q. 45. 8. c./. q. 65. 4. c./. q. 91. 2. c./. q. 110. 2. c./. 12 ℈. q 63. 1. c./. 2. d. 1. q. 1. 4^m./. d. 18. q. 2. 3. c./. 3. d. 33. q. 1. ar. 2. q. 1. 2. c./. ℈. 3. c^o. 69./. Veri. q. 11. 1. c./. Po^a. q. 3. 8. 11. c./. Spiritu. 2. 8^m./. Virt. q. 1. 8. 11. c./. Opusc. 34./. Meta. 7. lec. 7. fi. c. k./. Lec. 8. prin^o. b. C./. lec. 9. med^o. c. * Potentia. 21. Semen. 6. Vti. 11.

Du^m.642^m. Oppositum videtur dicere. 1^a. q. 65. 4. c./. 1^m./. d. 36. q. 2. 1. c./. ℈. 3. c^o. 24./. Po^a. q. 3. 8. 18^m. Respon^o. Dubio. 642^o.

104 Forma quo ad esse in potentia, concreatur materiæ a Deo, Sed quo ad esse in actu, educitur de potentia materiæ ab agente naturali. Po^a. q. 3. 4. 7^m./. q. 5. 1. c./. 5^m.

105 Nulla creatura potest producere formam, nisi educendo. Fieri.

cam,

Fo

eam, de potentia materiæ. 1.d,14.q.3.e./.4.d.5.q.1.ar.3.q. 3.3^{m}./.Po^{a}.q.5.1.c./.5^{m}. Agens. 51. * Actus. 2,4.18.53. Adam 87.

Du^{m}.643.106 Oppositum videtur dicere.2.d.1.q.1.3.o./.4.d.5.q.1.ar.3.q. 3.5^{m}. Respondeo sicut Dubio.410.

107 Inchoatio formarum, improbatur. 3^{a}.q.32.4.c./.3^{m}./.2.d. 18.q.1.2.c./.3.d.3.q.2.1.c./.6^{m}./. Meta.7.lect.8.prin^{o}.b.D./. Phy.lect.13.me^{o}.b.fi./.Li^{o}.2.lect.1.prin^{o}.a.E. *Agere 9. Angelus 17.92.

Du^{m}.644.108 Immo in ipsa potentia est quodammodo actus, idest forma. 12ℇ.q.27. 3.c./.2.dist.18. q.2. c.fin. Respondeo sicut Dubio 644.

109 Quamlibet formam, sequitur aliqua inclinatio, quæ est appetitus rei habentis illam formam. 1^{a}. quæst. 80.1.c. Inclinatio 1.

Du^{m}.645.110 Oppositum videtur dicere. Phy.lec.13.me^{o}.b.fi./.Li^{o}.2.lec. 1.prin^{o}.a.E. Respondeo sicut Dubio 221.

111 Formæ subsistentes, non habent causam aliam formalem sui esse & suæ vnitatis, nec causam agentem per transmutationem materiæ de potentia ad actum, sed producentem totam substantiam. 1^{a}.q.61.1.2^{m}.

Du^{m}.646.112 Oppositum videtur dicere a simili. 12ℇ.q.55.4.1^{m}./.Vir.q.1. 2.1^{m}./.7^{m}. Respondeo sicut Dubio 1171.

113 Formæ quæ fiunt immediate a Deo, introducuntur in materia præparata, necessitate suppositionis, aliæ vero necessitate absoluta. 4.d 17.q.1.ar.2.q.3.c. *Animal 6. Appetitus 4.49.52. Architector. Ars 36.&c.41. Causa 84.85.104. Datio 7. Delectatio 50.112. Dæmon 102.109. Diffinitio 8. Esse 14. 15.31.48.49. Forma 46.103.

114 Omnes formæ & motus, in his inferioribus, fluunt a formis, quæ sunt in intellectu alicuius intelligentiæ. 1^{a}. q. 65.4.c./.1^{u}./.1.d.36.q.2.1.c./.5.3.cap^{o}.24./.Pot^{a}.q.3.8.18^{m}. *Fluxus 1.

115 Materia non fuit creata sub vna forma, sed sub diuersis. 1^{a}. q.66.1.c./.2.d.12.2.4.o./.Po^{a}.q.4.1.13^{m}.

116 Vna forma non fit alia, per continuam generationē. 1^{a}.q. 118.2.2^{m}. *Incipere 4. Innascibilitas 2.

117 Formarum quædam fiunt ab agente corporali, secundum perfectam rationem, & perfectum esse formæ eius, quædam primo tantum modo, quædam neutro modo. Primæ manent, cessante actione agentis, vsque ad corruptionem, secundæ parum, tertiæ nihil. 1^{a}.q.67.3.1^{m}./.Po^{a}.q.5.1.6^{m}. *Instās 29.30. Iustificatio 18.21.22.

118 Nulla forma corrumpitur, nisi per actionem contrarij, vel per corruptionem subiecti, vel per defectū causæ. 12ℇ.q.53. 1.c./.1.d.17.q.2.1.c./.5.2.c^{o}.78.10^{m}. Accidens 63. * Lux 21. Materia 12.&c.29.30.31.

119 Forma dicitur corrumpi per se, per suum contrarium, sed per accidens, per corruptionem sui subiecti. 12ℇ.q.53.1.c.

120 Introductio vnius formæ, est expulsio alterius, & econuerso. 1^{a}.q.44.4.2^{m}./.4.d.17.q.1.art.5.q.2.c./. Verit.q.28.1.7.o. *Mstio 5.6. Motus 89. Mutabile 1.4. Mutatio 2.4.10. Nasci tas 1.4.5. Nutrire 1.

121 Ad introductionem formæ, requiruntur duo, scilicet æqualitas operationis ad formam, & dispositio recipientis. 1.d. 17.q.2.3.4^{m}. *Operatio 8.14. Privatio 15. Prudentia 5.

122 Introductio formæ posterioris, est prior expulsione formæ prioris, secundum rationem formæ, finis, & efficientis, sed est posterior, secundum rationem materiæ. 4.d.1.q.2.art.4. q.3.c./.d.17.q.1.ar.4.o./.Ver.q.28.7.c.

123 Forma substantialis non incipit esse in materia, nisi in vltimo instanti alterationis. Quol.1.6.c./. Quol.7.9.c./. Meta. 12.lec.3.me^{o}.f.

Du^{m}.647.124 Immo non datur vltimum instans, in quo prior forma subiecto inest. 12ℇ.q.113.7.5^{m}./. Ver.q.27.2.10^{m}. Respondeo sicut Dubio 744.

Intensio. 125 Intēsio formæ & perfectionis, est per accessum ad primum, sed intensio defectus & priuationis, est per recessum a primo. 1^{a}.q.49.3.3^{m}./.12ℇ.q.22.2.1^{m}./. Po^{a}.q.3.6.15^{m}./.Ma.q.1. 1.13^{m}./.q.2.9.7^{m}. Magis 4. *Actus 10.18.

126 Intensio & remissio formarum, numquam causat diuersitatem speciei, sed quandoque consequitur eā. 12ℇ.q.72.8.1^{m}./ 2.d.32.q.1.1.4^{m}./.3.d.9.q.2.1.4^{m}. *Augmentum 14.&c. Cōtrarium 20. Defectus 4.5 Instans 23.

Du^{m}.648.127 Oppositum videtur dicere. 1^{a}.q.50.4.2^{m}./.12ℇ.q.18.11.1^{m}./. q.60.5.3^{m}./.q.72.8.1^{m}. Respondeo Dubio 648.

128 Magis & minus ex formis diuersorum graduum, diuersificant speciem, non autem intensionem graduum eiusdem formæ. 1^{a}.q.50.4.2^{m}./.12ℇ.q.18.11.1^{m}./.q.60.5.3^{m}./.q. 72.8.1^{m}./.1.d.35.4.3^{m}./.2.d.32.q.1.1.4^{m}./.Ma.q.2.6.16^{m}./.q. 7.1.15^{m}./.Spū.8.8^{m}./.Anima.7.16^{m}./.Ente 6.fi.1.

Fo

129 Perfectio formæ duplex.s.secundam speciem, & secundum subiectum. Secundum primā forma dicitur magna, secundum secundam vero, dicitur magis. 12ℇ.q.52.1.c prin^{o}./.q. 66.1.c./.4.d.40.2.5^{m}./. Vir.q.5.3.c. Intensio.o. Magis.o.

130 Quantitas formæ duplex.s.per accidens, secundum subiectum, & per se tripliciter.s.ab agente, a dispositione subiecti, & ab obiecto, in quantū est habitus. Ma.q.7.2.c. Augmentum 8. *Prædicari 20.

131 Immo ex parte dispositionis reducitur ad formam. 4.d.17. q.8.ar.4.q.1.c. Respondeo sicut Dubio 524. Du^{m}.6[illegible]

132 Formarum quædam suscipiūt magis & minus, per mistionem sui contrarij, quædam per diltātiam a causa, quædam nullo modo. Primæ introducuntur successiue, secundæ vero & tertiæ, introducuntur subito. 4.d.17.q.1.artic.5.q.3.c. Augumentum 17.

133 Forma dupliciter recipit magis & minus. Sin concreto tantum, si sit simplex & vna, vt lux, vel in concreto & abstracto, si importet in ratione sua proportionem multorum ordinatorum ad vnum, vt mot^{o}, sanitas, & pulchritudo. 12ℇ. q.52.1.c./.q.53.2.3^{m}./. Virt.q.5.3.c./. Ethi.10. lect.3.prin^{o}. Quantitas 16.19. Subtilitas 2.

134 Nulla forma substantialis, suscipit magis uel minus. 1^{a}.q. 76.4.4^{tu}./.q.93.3.3^{m}./.q.118.2.2^{m}./.12ℇ.q.52.1.c./.3^{a}.q.75.7. c./.Po^{a}.q.3.9.9^{m}./.12.c.fi./. Ma.q.7.2.4^{m}./.7^{m}./. Virt.q.1.11. c./.q.5.3.c./. Trin.15.6^{m}./. Aia.9.10^{m}./. Quol.1.63^{m}./. Opuſ. 3.c^{o}.92.fi./. Opuſc.33./. Meta.11.lect.12.prin^{o}.b.

135 Forma exemplaris duplex.s. ad cuius similitudinē aliquid fit, & ad cuius similitudinem & participationē, alia habent esse, quæ nō semper est eiusdē speciei cum exēplato. 3.d.27. q.2.ar.4.q.3.1^{m}. Addere 9. Exemplar

136 Forma rei per se existens, ad duo potest esse. s. vt exēplar, & vt principium cognitionis. 1^{a}.q.15.1.c. *Adoptio 17. Agēs 68.&c. Agere 9. Angelus 151.262.268.351.352. Anima 3.4. 5.176.209. Ars 6.7.

137 Forma exemplaris coincidit in idem numero cū efficiente & fine, vt Deus, non autem forma inhærens. 3.d.27 q.2.ar. 4.q.3.4^{m}./.4.d.1.q.1.ar.4.q.4.3^{m}./. Verit.q.21.4.c. Deus 44. *Artificiale 2.3.4. Assimilatio 6.

138 Forma exemplaris in mente Dei, est respectu formæ principaliter, & respectu materiæ secundario. Sed in mente artificis creati, est respectu formæ tantum. Quol.7.2.c. *Caritas 12.&c. Causa 24.2.5.36.&c.40. &c.85.90. Certitudo 9. 24. Cognitio 15.62. 64. Defectus 5. Deitas 2. Dæmon 56. 100.&c.109.110. De^{o} 44.&c.147.154.156.214.325.&c. 390 &c.432. Diffinitio 2. Distinctio 16. Effectus 5.&c. Epieiceia 7. Exemplar.o. Phātasia 6. Fides 5.7.82.83.121.152.&c. Finis 33.76. Imitatio. Ingratitudo 11. Iudicium 80. Lex 169. Materia 22.&c.

139 Verbum Dei est forma exemplaris, non autem forma quæ est pars compositi. 1^{a}.q.3.8.2^{m}. * Nonens 2. Præstigium 2. Principium 11. Pronomen 5. Prophetia 54. 56. Relatio 89. 98. Sigillum 1. Similitudo 3.6.9.13.15.27.30.31. Superius 1, Verbum. 1.&c. Vestigium 6.9.

140 Forma substantialis, est perfectio totius, & cuiuslibet partis eius, non autē quælibet forma accidentalis 1^{a}.q.76.8.c. Substan

141 Quælibet forma substantialis, est tota in toto, & tota in qualibet parte, non autem formæ accidentales, consequētes, quantitatem, sed pars in parte. 4.d.10.ar.3.q.3.c. Anima 16. *Accidens 16.23.65.76. Accidentaliter 6. Actio 13 36.97.98. Aer 4. Agens 78. Alteratio 5.6.7.11.12. Angelus 26.27.73.92.449. Anima. o. Animal 2. 6. Annihilatio 4. Ats 36.&c.41.

142 Ad formam substantialem requiruntur duo, scilicet esse principium formale substantialiter ei cuius est, & conuenientia cum materia in esse. 5.2.c^{o}.67. princ^{o}. * Artificiale 2.3.4. Calor 6.7.8. Causa 90. Cælum 2.4.16.66.77.84.99. 105.120.121.

143 Forma substantialis, vnitur immediate materiæ. 1^{a}.q.76.6. 7.c./.3.d.2.q.2.ar.2.q.1.c./.5.2.c^{o}.70./. Ver.q.13.4.4^{m}./. Aia. 9.c./.16.c.fi./. Meta.8.fi. Anima.2.lec.1.m^{o}.d. *Complexio Compositio.1.2. Conseruatio.4.5.9. Corpus.4.8.23.

144 Forma substantialis, simul recipitur, & recepta est. 2.d.1.q. 1.2.3^{m}. * Creatio.41. Differentia.12.22. Differre.2.8.

145 Formæ accidentales sunt notiores nobis, quàm substantiales, quia sunt propinquiores sensui. Anima.2.lec.12. princ^{o}. *Dimensio.12.&c.

146 Non est possibile plures formas substantiales simul esse in eodē corpore. 1^{a}.q.76.3.c./.4.o./.2.d.12.4.c./.d.18.q.1.2.c./. 4.d.44.q.1.art.1.q.1.4^{m}./.5.2.c^{o}.57./. Lib.4.c^{o}.80./. Verit.q. 15.2.12^{m}./.Po^{a}.q.3.9.9^{m}./.q.8.4.2^{m}./.Spū.1.9^{m}./.3.c./.10^{m}./. Anima.9.11.c./.18.5^{m}./. Quol.1.6.c./. Quol.9.11.c./. Quol. 11.5.c./.

Fo

11.5.c./.Quol.12.10.o./.Opuſ.3.c^{o}.90./.Opuſc.29./.Opuſc. 33.princ^{o}./.Opuſ.42.c^{o}.15./.16./.17./. Meta.2.lec.4. me^{o}.c. /.Lib.7.lec.12.fi./.Anima.2.le.1.me^{o}.d.H./.Le.2.prin^{o}.Ani ma.43. *Domus.2. Effectus.21. Esse.53.64. Essentia.11.12. Eucharistia.95.97.98.99.

Du^{m}.650.147 Oppositum uidetur dicere. Meta.5.lec.17. Respondeo Dubio.650^{o}. *Finis.31.33. Grauc.1.2.3.4. Humanitas.2.

148 Ea quorum forma est ordo, vel compositio, nō sunt res naturales, quia vnitas naturæ non fit ex sola vnione ordinis vel compositionis.5.4.c^{o}.35. *Idea.1.&c.40.&c.In.27. Individuum.28. Instās.23.30. Intellectus.8. Lux 2.21. Membrū. 8. Menstruus.2.6. Natura.20.21. Naturale.2.10. Necessitas. 2.8. Ordo.10.12.22. Pa ris.1. Pars.11.12.13.40.

149 Forma mistionis, non est substantialis, sed est accidens. s. qualitas. 1^{a}.q.76.4.4^{m}./.4.d.44.q.1.ar.1.q.1.4^{m}./. Quol.10.3. 2^{m}. Oppositum videtur dicere. 5.4.c^{o}.8.1.2^{m}. Respondeo Dubio.650^{o}. *Passio.45. Perfectio.5.18.28. Persona.42. Potentia.7.14.&c.20.&c.36.37. Du^{m}.650.

150 Forma mistionis sumitur dupliciter. s. pro forma misti qua locatur in genere, & pro qualitate resultante ex qualitatib^{9} simplicibus. Primo modo est forma substantialis, sed secundo modo est forma accidētalis. Con.4.c^{o}.81.2^{m}./. Quol.10. 3.2^{m}. *Priuatio.15. Processio.27. Propositio.13.18. Quantitas.13.25.27. Sensus.13 15.31. Spirituale 3.11. Viuere. 2.3. Viuificare.1. Vniuersale.21. Christus.20.

Corporaler 151 Nulla forma recipitur in materia, nisi corporalis. 1.d.8.q.5. 2.c.prin^{o}./.2.d 3.q.1.4.c./. Anima.9.c./. Opuſ.42.c^{o}.6.prin^{o}

152 Corporeitas est prima forma materię, a quā numquam denudatur. 1.d.8.q.5.2.c./.2.d.3.q.1.1.c.

153 Impossibile est formā vniri materiæ, quin fiat corpus. Opu. 42.c^{o}.6./.15. *Corpus.13. Domus.2. Homo.28.

154 Nulla forma rei corporalis, præter animam rationalem, est perpetua 1^{a}.q.85.6.c. * Iudicium.80. Sensus.13.15.31.

155 Eadem forma est, qua ignis est ignis, corpus, & substantia. 3^{a}.q.75.6.2^{m}./.2.d.12.4.c./ d.18.q.1.2.c./. Con.4.c^{o}.80.2^{m}./. Spiritu.1.9^{m}./. Anima.9.11.c./. Quol.11.5.c./. Opuſ.42.c^{o}. 15.fi./. Anima.2.lec.1.med^{o}.d. * Subsistentia.2. Visus.1.

156 Forma substantialis ignis, est principium omnium accidētium propriorum eius. Quol.6.2.c.

157 Forma accidentalis, non habet potentiam actiuam, sed est potentia compositi, vt calor ignis. 1^{a}.q.77.1.3^{m}.

Du^{m}.651.158 Oppositum uidetur dicere a simili. Anima.2.lec.2. princ^{o}. Respondeo Dubio.651^{o}.

Intellectuar 159 .Omnis forma separata a materia, est intellectualis. 1^{a}.q.66. 2.c fi./.q.110.1.c./.3^{a}.q.75.6.c./.1.d.35.1.c./.4.d.1.q.1. ar.3. q.3.2^{m}./. Con.1.c^{o}.44.4^{m}./. Lib.2.c^{o}.76.1^{m}./.89.4^{m}./.96.1^{m}./ Lib.3.c^{o}.23.2^{m}./.Li.4.c^{o}.90.4^{m}./.Po^{a}.q.6.6.c./. Spiritu.1.c./. 12^{m}./.Quol.3.20.c./.Quol.7.10.c./ Opuſ.3.c^{o}.75. * Angelus.151.169.&c.262.&c.301.306.&c.

160 Nulla forma subsistit, præter animam rationalem. Po^{a}.q.3. 9 c./.Spū.2.8^{m}. *Aīa.33.43.&c.171.&c. Appetitus.44.&c.

161 Substantię intellectuales, sunt formæ subsistētes. Con.2.c^{o}. 50./.89.4^{m}. *Ars.6.7. Artifex.2. Assimilatio.2.

162 Et econuerso. Con.2.c^{o}.89.4^{m}. * Cognitio. 12.15.61.62. 64. Corpus.4. Deus.400.401.402.403.

163 Omnes formæ intelligibiles, sunt vnius generis. 1^{a}. q.85.4. c./.3.1.c^{o}.55./. Ver.q.8.14.c./.Quol.7.2.c.fi.

164 Formæ, idest species intellectus nostri, non effluunt a formis immaterialibus, sed a rebus sensoilibus. 1^{a}.q.84.4.6.o. *Phātasia.2. Principium.11.26. Prophetia.56. Sensus.15.

165 Illud quo res intelligitur est duplex. s. primum, idest forma, quæ est principium intelligendi, & secundum, idest forma, quæ est terminus ipsius actus intelligendi. Veri. q.3.2.c. * Similitudo.3.5.6.7.9.11.12.15.19.27.30.31. Vniuersale. 1. Volumas.5.80.

166 Omnis forma habet respectum ad formatum secundū eā, & est causa eius vel inhærens, vt intrinseca, vel exemplaris, vt extrinseca: non autem vt forma, habens respectum ad obiectū, sed vt rō vel similitudo, & econuerso. Ver.q.3.3.c.fi.

167 Formæ in mente humana, sunt principaliter formarū, sed in mente diuina & angelica, sunt communiter & immediate materiæ & formæ. Veri. q.2.5.1^{m}./.6.c./.q.3.8.c./.q.8.11. c./.q.10.4.5.c./.q.19.2.c.

168 Forma intellectus, habet duplicem respectum. s. ad obiectū cuius est, & ad subiectum in quo est. Ex primo non dicitur aliqualis, sed alicuius, ex secundo autem dicitur aliqualis, quia materialium non est materialis, nec sensibilium sensibilis. Veri.q.3.2.5^{m}./.3.c.fi./.q.10.4.c.

169 Forma intellectus, respectu eius est indiuidua, sed respectu eius cuius est similitudo, est vniuersalis. 1^{a}.q.76.2.3^{m}./.2.d. 3.q.1.2.3^{m}./.4.c./.d.17.q.2.1.3.^{m}./.4.d.50.q.2.1.5^{m}./. Anima.

Fo

2.5^{m}./. Ente. 4.fi.h.

170 Intellectus recipit formam, vt formam simpliciter, non in diuiduando eam, quia in eo habet esse vniuersale, sed materia recipit formam indiuidualiter tantum. 1^{a}.q.75.5.1^{m}./.2 d 3.q.1.1.c./.3^{m}.

171 Intellectus cuius forma est a re, perficitur a re, & a similitudine. Si autem non habet a re perficiturr a similitudine. Si vero non differt a similitudine, a nullo perficitur. 1^{a}.q.14.2 2^{m}./.3^{m}./.5.2^{m}./.3^{m}./. Veri.q.2.1.3^{m}.

172 Forma intellectus, est directe similitudo essentię rei. Forma autem sensus & imaginationis, est similitudo accidentium eius. Con.4.c^{o}.11./. Veri.q.8.7.fi.

173 Formę rerum sensibilium, habent nobilius esse in intellectu, quàm in sensibilibus. Cou.3.c^{o}.49.4^{m}.

174 Intellectus quo ad actum essendi, est forma animæ, sed quo ad actum intelligendi, est econuerso. Veri.q.10.8.13^{m}.

175 Intellectus quo ad actum primum est forma materialis, sed est immaterialis, quo ad actum secundum. 2.d.17.q.2.1.1^{m}.

176 Forma iudicii. Iudicium quo ad formam iudicii, pertinet ad iustitiam distributiuam tantum. 22ℇ.q.63.4.1^{m}. *Indulgentia 22.27. Iudicium.23.&c.

177 Formæ sacramentales, traditę sunt apostolis a Christo. 3^{a}. q.72.4.1^{m}./.4.d.7.q.1.ar.3.q.1.2^{m}. * Absoluere.21.22.29.30 34.35. Apostoli.24. Character.39. Chrisma.2. Matrimoniū. 15.&c. Nuptiæ.2. Ordo 63. Virginitas.3.2. Sacramentales

¶ Formale in vnoquoque, est excellentius in eo. 4. d.46.q.2.ar. 2.q.3.c. * Ablatiuus.1. Accidens. 60. 61. Actio.14. 61. 71. Actus.7.35.45.58.83.154.176. Aer.6. Agens.73.77.92. Agere.27.29. Amor.13.20.43. Angelus.82.148.211.330. Anima. 90.301. Animal.2. Assimilatio.15. Assumere 34. Astrologia.2 3. Auersio.7. Beatitudo.105. Beatus.3.46. Bonitas.20. 149. 168. Calor.7.8.13. Charitas.18.32. Causa.8 84.85.93.98. Cæ lum.28.39. Cognitio.32. Color.3.&c. Constructio. Continuum.1. Contrarium.26. Corpus.16. De.1.45. Delectatio. 6.27.76.112. Determinatio. 4. Deus. 18. 87. 338. 432. 435. Differentia.10.13. Diffinitio.10.16.17.18. Dispositio.46. Distinctio.16.9.14.19. Dominū 6. Elementū.16. Ens.6. Æqualitas.13.14. Esse.1.39.40.41.58.99. Eucharistia.4.95. Ex.6. Fides.17.31.32.37.58.123.155. Finis.39.61. Forma. 111.142. Genus.1. Gratia.6.69.120.134. Grauor. Indiuiduum.15.36 Infinitū.14.20.29.30. Iniustitia.7.8.10. Inobedientia.3. Instans.29. Intellectualis.1. Intellectus.58.105.132.147.214. Intentio.16. Ira.14.15. Iudicium.91. Iustitia.28.32.66.72. Iustificatio.6.41. Liberum.3. Locus.3. Logica.10. Luciditas. 2. Lux.20. Malum.28. Materia.16.17. Matrimonium.5.29. Mendacium.19 10. Meritum.21.25. Metaphysica.30. Mōdificari. Natura.14. Nocere 1. Nomen.29.78. Nuge. Obiectū 1.&c 9. Omissio. 7. 12. Operatio. 32. Pars.28. Participare. 7.8. Passio.26. Pater.11.&c. Peccatum.19.49.64.259.288. Penitētia.111.112.126. Per.1.4. Persona.42.&c. Prædestinatio. 44.48. Prædicari.35.36. Prophetia.31.66. Prudentia.7.50.69 Pulchritudo.3. Quantitas.2. Ratio.29. Recipere.3. Relatio 86. Sacrilegium.6. Sapientia.1.52. Satisfactio.1. Scandalum 8. Scientia.31.27.38.45 96.107. 139. Solus.8 Spiritus.21. Tempus.7.8. Transgressio.1. Veritas.45. Virginitas.6.9.32. Virtus.29.102.103.105.209.210.233. Vita.23. viuificare.1 vniuersale.8. Christus.60. Quid.

¶ Formatio corporis humani, & aliorum, est a Deo principaliter, secundario autē est ab anima, mediante semine Con. 2.c^{o}.87.7^{m}./.10^{m}. *Admi.92. Agens.45. Angelus.178. 559. 570. Anima.209. Baptismus.58. Conceptio. 5. 32. Costa.3. &c. Dæmon.110. Deus.190. Dicere.4.5.7. Diffinitio.8. Phantasma.2.8. Fides.109. Forma.4.92.111.112. Habit^{o}.41. Imaginatio.8. Informatio, Intellectus.273. Loqui.6. Menstruus 2.&c Peccatum.293. Propositio.13. Puer 1. semen.16. Spirituale.3. Spūs.18. Timor.36. vino.24. vxor.2.3.9. vsura.297. Corporis.

¶ Formatiua virtus, est potentia actiua non autem passiua. Ideo assimilatur arti. 2.d.18.q.2.3.c. * Assimilatio.15. Formatio. Formatum. Imaginatio.9. Semen.6.17.&c. Quid.

¶ Formatum, Aborsus.1. Agens.45. Baptismus.58. Certitudo 24. Conceptio.32. Confessio.6.15. Corpus.4.57. Costa.3. Definitio.32. Femininū.3. Fides 5.16.45.95.102.106.109.152. 153 154.157. Forma.166. Formatio. Imaginat o.8. Missio.43 Puer.1. Sensus.31. Symbolum.4. Christus .198.

¶ Formica reponit grana, imminente pluuia. 22ℇ.q.172.1.art. 3./.2.d.7.q.2.2.6^{m}./.3.d.26.q.1.1.4^{m}. *Apis.o. Corpus.63. Solicitudo.

¶ Formido, Dubitatio.1. Opinio.o.

¶ Formosus. Christus.205.

¶ Fornax ignis, non lædebat tres pueros, quia Deus suspendebat actionem ignis.4.d.47.q 3.ar.3.q.2.c./.2^{m}./. veri.q. 26. 10.12^{m}./.Po^{a}.q.8.1.c.fi./.20^{m}. *Agilitas.4. Miraculum.

¶ FORNI-

Quid. 1 ¶FORNICATIO dicitur a fornice, idest ab arcu triũphali, vbi fiebat fornicatio. Et est proprie soluti cum soluta. 4.d. 41.ar.4 q.1.c./Ma.q.15.3.c./Ro.lec.8.meo.G. *Absoluere 9. Accusatio.24. Affinitas.4. Cognatio.8.

2 Fornicatio prohibetur specialiter simul cum cerimoniis ab Apostolis, quia gentiles non reputabant eam esse peccatũ. 12ę.q.103.4.3m./22ę.q.154.2.1m./.4.d.1.q.2.ar.5.q.4.c./.d.33.q.1.ar.3.q.1.1m. Ma.q.15.1.1m./1ę.Cor.5.princo.

3 Omne peccatum dicitur fornicatio large. 22ę.q.151.2.c./.3m./.4.d 39.6.2m. *Conscientia.17.18. Correctio.19. Datio.18. Debitum.20. Fides.100. Hæresis.152.153. Missa.8. Osee.

4 Fornicatio est maius peccatum his, quæ sunt contra bona exteriora, & minus his quæ sunt contra Deum, uel contra personam proximi. 22ę.q.154.3.o./Ma.q.1.1.13m./.q.2.10.c./.q.15.2.6m.

5 Fornicatio simplex, est simpliciter grauior in viro, quàm in femina, de adulterio autem est econuerso.4.d.35.4.5m./.6m. *Scriptura.10. Sponsa.6. Sponsalia.10. Thamar.

Coniugiũ. 6 Fornicatio potest probari per testes absconditos, vel per signa violentę suspicionis.4.d.35.3.4m.

7 Coniuges non possunt se licentiare ad fornicãdum.4.d.33.q.1.ar.3.q.1.5m.

8 Vir non potest excipere contra vxorem de fornicatione, si dedit ei occasionem fornicandi. 4.d.39.L./.1ę.Cor.7.lec.2.princo.I.

9 Viro licet dimittere coniugem fornicantem, nisi in septuplici casu, scilicet si fornicatus est, vel eam prostituit, uel propter longam absentiam nupserit, vel ab alio in specie viri cognita, vel vi oppressa, vel reconciliata, vel repudiata sit.4.d.35.1.o./.1ę.Cor.7.lec.2.princo.I.

10 Vir occulte fornicans, non potest petere diuortium, sed tenetur reconciliari vxori petenti.4.d.35.6.5m.

11 Vir potest dimittere vxorem fornicatam, quo ad thorum, sine iudicio ecclesię, non autem quo ad cohabitationem.4.d.35.3.o. *Bigamia.5.6. Diuortium.3. Matrimonium.48.55.137. Sponsalia.10. Suspicio.10.

12 Vir tenetur ex præcepto ecclesiæ dimittere vxorem fornicatam, non pœnitentem.4.d.35.2.o.

13 Dimittens coniugem fornicãtem ex uindicta, peccat, non autem si hoc agit, vt uitet infamiam, vel incertitudinẽ prolis, vel si facit hoc ad correctionem.4.d.35.1.1m.

14 Reus tenetur reddere debitum, & redire ad innocentem vocantem, nisi dederit licentiam vouendi continentiam. 4.d.35.6.3m.

Diuortiũ. 15 Vir post diuortium fornicans, debet secundum æquitatem & non secundum rigorem iuris, cogi ad reconciliationem, licet vxor non possit hoc petere.4.d.35.6.4m.

16 Facto diuortio propter fornicationem, innocens potest ingredi religionẽ, & profiteri, etiã altero inuito.4.d.35.5.3m.

17 Fidelis si vult, potest cohabitare coniugi infideli, vel fornicanti, quandiu sperat conuersionem eius, non autem amplius.4.d.39.3.4.o. Matrimonium.128.

18 Infidelitas est spiritualis fornicatio. Ideo causat diuortiũ, si sit in consuetudine, carnalis vero fornicatio, per vnicum actum.4.d.35.1.3m./.d.39.3.6.o.

19 Vitium contra naturam, causat diuortium. De quo non fit mentio, quia est innominabile, & rarius accidit, & non ita causat incertitudinem prolis.4.d.35.1.4m.

20 Alia peccata non causant diuortium, quia non sunt contra bona matrimonij, sicut fornicatio, 4. dist. 35.1.3m./.d.39.6.o.

¶ Fornix. Fornicatio 1.

Dña. ¶ Forsitan dicitur dupliciter, scilicet dubitatiue, & increpatiue, Io.8.lect.2.fi.i.A. *Angelus 215. Delectatio 93. Deus 232. Phãtasma 8. Fermentum 3. Iosias. Iudicium 84. Iuramentum 33. Ornatus 9. Peccatum 425. Puer 8. Stephanus 2. Vsura 243.244.254.260.300.

¶ Fortificatio. Amor 236. Angelus 432. Damnatio 50. Lignũ 2. Operatio 35. Peccatum 147. Vnctio 15.

Diõ. 1 ¶ FORTITVDO duplex, scilicet corporalis & mentalis. Prima est pars virtutis, secunda vero est virtus. Et vtraque est necessaria militi, sed secunda magis. Opusc.42.lio.4.co.17. *Adulterium 8. Baro. Continẽtia 11. Epiceia.1. Eupsichia. Fiducia 4.5.11.

Ob. 2 Fortitudo est virtus spiritualis, secundum quòd est circa pericula. Sed est conditio omnis uirtutis, secundum quòd dicit firmitatem animi absolute. 12ę.q.61.3.4.o./.22ę.q.58.8.2m./.q.123.2.o./.3.1m./.13.c./.3.d.33.q.1.art.1.q.3.c./.2m. *Gabriel 1.

Ob. 3 Fortitudo non potest esse virtus theologalis, quia obiectũ uirtutis theologalis, scilicet Deus, habet rationem ardui,

non autem periculi. 3.d.26.q.2.2m.

4 Fortitudo est uirtus moderatiua timoris & audaciæ, propter bonum reipublice. Heb.11.lect.1.prino.C. *Gratiosus Iacob 7.8.

5 Fortitudo est uirtus, tollens impedimenta, quæ repellunt uoluntatem ab eo quod est secundum rationem, propter difficile 22ę.q.123.1.o./.3.4.5.c./.q.124.2.c./.3.d.33.q.3.ar.3.q.1.c./.Psal.17.prino.a D./.Ethi.3.lect.18.fi. *Imaginatio 9. Lenia. Mansuetudo 2.

6 Fortitudini & temperantiæ, accidit repellere superabundantiam passionum. Sed per se conuenit eis, passiones moderari, 1a.q.95.3.1m. *Perfectio 81. Perseuerantia 5.6.8.9.

7 Fortitudo corporis consistit in quinque, scilicet uigore cõplexionis, robore membrorum, abundantia cibi, cõstantia mentis, & experientia bellicę artis. Isa.3.prino.I. *Præceptũ 111.112. Robur. Securitas. 2. Vehemens. Virilitas. Virtus. 225.238.

8 Fortitudo non habet partes subiectiuas, nec diuiditur in multas species, quia est circa materiam valde specialem. 22ę q.128.c.princo. Ob.

9 Mansuetudo, magnanimitas, & humilitas, sunt partes potentiales fortitudinis. Virt.q.1.12.26m. Mansuetudo. 2. vel eupsichia.

10 Propria materia fortitudinis, sunt timores & audaciæ, in maximis terribilib9. 1a.q.59.4.3m./.22ę.q.186.1.c./.3.d.33.q.2.ar.2.q.2.o. Audacia.1. *Confessio.5. Eupsichia. Ob. Obied.

11 Oppositum videtur dicere. 22ę.q.127.2.o. Respondeo sicut Dubio.255o. Du.655.

12 Fortitudo est immediate circa timores & audacias, mediate vero circa obiecta horũ, scilicet circa pericula & labores 22ę.q.123.3.2m./.q.129.1.2m./.q.161 2.3m./.3.d.33.q.2.ar.2.q.2.2m./.Con.1.co.92.5m./.Ethi.4.le.1.princo.b.B.

13 Fortitudo est principaliter circa timores, secũdario autem circa audacias. 1a.q.21.1.1m./.q.95.3.2m./.12ę.q 60.4.b./.c./.22ę.q.123.3.o./.6.c./.q.126.2 c./.q.137.1.c./.q.141.3.c./.2m./.3.d.26.q.2.2.4m./.d.33.q.2.ar.2.q.2.o./.Vir.q.1 4.c.fi./.5.c.

14 Fortitudo non est circa spem, nisi secundum quòd spes cõnectitur audaciæ. 22ę.q.123.3.3m./.q.125.2.3m./.3.d.33.q.2.ar.2.q.2.2m.

15 Fortitudo est inter audaciam & timiditatem, non autem spes, sed est inter præsumptionem & desperationem, ideo non sunt idem.3.d.26.q.2.2.2m. Spes 71.

16 Proxima materia fortitudinis, & temperantiæ, & partium ipsarum, sunt passiones: remota vero, sunt obiecta passionũ.3.d.33.q.2.ar.2.q.2.2m. Tẽperãtia.19.21. *Virtus.40.41.

17 Fortitudo ẽ pcipue circa timores mortis.12ę.q.61.3.c./.22ę q.123.4.o./.11.12 c./.q.125.128.c./.q.129.5.c./.q.136.2.c./.4.c./.1m./.q.137.1.2.c./.q.140.2.3m./.q 141.3.4.c./.q.147.2.3m./.q.149.1.c./.q.151.2.2m./.q.161.2.3m./.q.166.1.c./.2.3m./.3.d.33.q.2 3.6m./.4.d.49.q.5.ar.3.q.2.8m./.Virt.q.1.12.6m./.23m.q.5.1.4.c./.Ethi.3.le.18.meo c.fi./.le.19.prino.a.H.

18 Fortitudo principaliter est circa molestias mortis, secundario autem circa quascumque alias molestias, 22ę. q.123.4.1m./.q.124.4.3m./.3.d.33.q.2.3.6m./.q.3.ar.3.q.1.c.

19 Fortitudo est maxime circa repentina, quo ad manifestationem habitus, non autem quo ad electionẽ.22ę.q.123.9.o.

20 Fortitudo est maxime circa timores mortis in bello cõmuni, vel particulari.22ę.q.123.5.o./.q.124.2.c./.q.141.8.c./.2.d.44.q.2.1.3m./.3.d.33.q.3.ar.3.q.1.c. Timor.50.

21 Ad virtutẽ fortitudinis aliquid pertinet dupliciter. s. vt principale obiectum, vel actus, & sicut instrumenta vel auxilia. 3.d.34.q.3.ar.1.q.2.2m.

22 Fortitudo est circa difficiliora, non autem circa meliora, quod iustitia, quæ in bello, & in pace vtilis est: non autem fortitudo, sed tantum in bello.22ę.q.58.12.c./.3m.

23 Immò fortitudo est vtilis etiam in pace 22ę.q.123.12.1m./.5m. Respondeo Dubio.653o. Du.653.

24 Perferre secundum q dici actum fortitudinis, non dicit immobilitatem, sed electionem immorandi contra immoderatum timorem, sicut charitas cõtra odium, mansuetudo cõtra iram, & patientia contra tristiciam. 12ę.q.66.4.2m./.3.d.33.q.2.3.6m. Mansuetudo.3. *Amor.219. Compu.

25 Fortitudo includit patientiam, addens ei insultum in mala secundum quòd oportet. Virt.q.5.1.14m. *Andragathia Angelus.432.

26 Fortitudo moderatur timorem, patientia & perseuerantia tristiciam, sed mansuetudo iram. 22ę.q.136.2.c./.1m./.2.d.44.q.2.1.3m./.3.d.26.q.2.2.4m./.d.33.q.3.ar.3.q.1.3m./.d.34.q.1.2.c. Mansuetudo.3. Bonitas.109. Concupiscibilis.6.

27 Quicumque est fortis, est patiẽs, & non econuerso, quia patientia est quædam fortitudinis pars. 12ę. quæst. 66.4.2m.
*Continentia

*Continentia.11.

28 Fortitudo sustinet pericula mortis, sed patientia sustinet quæcumque mala. 22ę.q.128.4m./.q.136.4.1m./.3.d.33.q.3.ar.3.q.2.c.

29 Fortitudo est principaliter circa timores, secũdario autem circa tristitias: patientia vero est econuerso. 22ę. quæst. 136.4.2m.

30 Fortitudo est principalior magnanimitate.22ę.q.129.5.c./.3m. *Fides.14.158. & cetera. Fundamentum.3.4. Generatio.48.

Du.654. 31 Oppositum videtur dicere a simili. 22ę. q 161.5.2m./. Virt.q.1.12.24m. Respondeo Dubio. 654. *Honor. 24. Humilitas.22. Iacob.7.8. Impauiditas. Iustitia. 51. &c. Lenia. Mansuetudo.1.2. Pœnitentia.27.28.

32 Fortitudo firmat contra mala, sed magnanimitas, in persequutione bonorum.22ę.q.129.5.1m./.6.2m.

33 Fortitudo, & magnanimitas conueniunt in modo, & forma, sed differunt in materia.3.d.33.q.3.art.3.q.2.1m.

34 Partes potentiales fortitudinis sunt sex, scilicet magnanimitas, fiducia, securitas, magnificentia, constantia, tolerantia, idest patientia, & firmitas, idest perseuerantia.22ę. quæst.128.o./.quæst.129.5.o./.quæst.134.4.o./. quæst.136.4.o./.quæst.161.4.3m./.3.dist.33.quæst.3.artic.3.quæst.2.4.o. Constantia.11. Perseuerantia.8.9. *Prudentia.76. Spes.75. Temperantia.5.

35 Fiducia, magnificentia, patientia, & perseuerantia, circa materiam fortitudinis, sunt partes eius integrales. Sed sunt partes potentiales, & virtutes per se, distinctę a fortitudine, secundum quòd sunt circa alias materias. 22ę. q.128.o./.q.134.4.o./.q.136.4.o./.q.137.2.o./3.d.33.q.3.ar.3.q.1.2.4.o. *Vita.63. Votum.18.

36 Vitium audaciæ opponitur fortitudini, secundũ excessum audaciæ, impauiditas autem, secundum defectum timoris, quia in vtraque ponit medium. 22ę. quæst. 126 2.3m./.2.dist.26 quæst.2.2.4m./.dist.34.quæst.1.2.c./.dist 44.quæst.2.1.3m. Audacia.4. Impauiditas.

Subiectiũ. 37 Fortitudo & mãsuetudo, nullo modo sunt in Deo, nisi Metaphorice.ꝯ.1.co.92. *Amictus.

38 Fortitudo est in irascibili subiectiue. 12ę. quæst. 61.2.c./.q.66.1.c./.quæst.85.3.c./.22ę.quæst.58.5.2m./.9.c./.quæst.128.1m./.quæst.34.4.c./.quæst.136.4.2m./. quæst.137.2.2m./.3a. quæst.15.2.c./.3.dist.26.quæst.2.2.4m./.dist.33.quæst.2.arti.4.quæst.2.o./.4.dist.33.quæst.3.3.c./.Ma.quæst.4.5.4m./.q.5.4.13m./.Virt.quæst.1.4.c.princo./.fin./.5.c.fin./.10.11m./.q.5.1.c.fin./. Ethi.3.lec.19. princo. a. G. Subiectiue. *Anima.221. Apostoli.30. Aqua.11. Audacia.1.4.5.9.10.21. Baro. Bonitas.196. Fictio.2. Fiducia.4.5.11. Generatio.39.

39 Fortitudo & debilitas cordis, pertinent ad irascibilem, sed dilatatio & constrictio eius, pertinent ad concupiscibilem. Veri.quæst.25.2.c. *Habitus.60. Iacob.7.8. Intellectus.99. Leo.2. Passio.132. Perfectio.81.

40 Fortitudo martyrum, præcipue commendatur, quia sustinent propter Deum impugnationes personales, & mortem in bello particulari. 22ę. quæst.123.5.1m./.quæst.124.2.c. *Perseuerantia.1.5.8.9. Pes.

41 Sancti in patria, habent fortitudinẽ mouẽdi totam terram Virt.q.4.4.12m.

D.655m. Immo terra est immobilis. Ma.q.16.9.8m./.Cæ.2.lec.21.fin. Respondeo sicut Dubio.655o.

42 Fortis seu constans, timet quæ, & quando, & vbi, & sicut oportet, non autem aliter.4.distinct.29.2.1m./. Virt. quæst.1.13.5m.

43 Fortis intendit exprimere similitudinẽ sui habitus in actũ, vt proximum finem.22ę.q.123.7.o.

44 Fortis delectatur de suo actu & fine. Sed non percipit, nisi ex superabundanti gratia Dei, propter dolorem corporis & animæ pro amissione vitæ.22ę.q.123.8.o. *Prælatio.18.20 27. Securitas.2. Spes.33.58.75.

45 Non habens fortitudinem, operatur fortia quincapliciter, scilicet propter ignorantiam, artem, experientiam, passionem, & lucrum.22ę.quæst.123.1.2m./.quæst.128.7m./.3.d.33.quæst.3.art.3 quæst.3.o./.Ethi.3.lec.16.19.o. *Temperantia.3.31. Terra.5. Timor.5.10.30.50. Veritas.52.55. Vindicatio.5. Christus.87.

Actus. 46 Principalis actus fortitudinis, est sustinere, secundarius vero, est aggredi. 22ę. quæst. 123.3.c./.6.o./.8.c./.10.3m./.11.1m./.quæst.124.2.3m./.quæst.128.c./.quæst 141.2.3.c./.3.dist.33.quæst.2.3.6m./.quæst.3.art.3.quæst.1.c./.dist.34.quæst.3.art.1.q.2.c./.Virt.quæst.1.12.c. Actus.120. Alexander.2. Amictus. Angelus.432. Antropospatos. Aqua.11. Confes-

sio.5.53. Confirmatio.21.

47 Ad primum actum, requiruntur duo, scilicet præparatio animi, & exequutio operis. Ad secundum etiam requirũtur duo, scilicet infrangibilitas, & infatigabilitas.22ę.q.128 c. *Damnatio.50.

48 Fortitudo assumit iram moderatam ad actum secundum, non autem ad primum, nec vt auxilium, sed vt instrumẽtum, quia ad iram pertinet insilire in rem contristantem. Vnde Philosophus inducit versum Homeri. Virtutem & furorem erige: quia videlicet cum aliquis est virtuosus virtute fortitudinis, passio irę, electionem virtutis sequens, facit ad maiorem promptitudinem actus. Si autem præcederet, virtutis modum perturbaret. 22ę.q.123.10.o./.11.1m./.Veri.q.26.7.c fi. *Delectatio.49. Difficile.12.

49 Tristicia & concupiscentia, per se impediunt secundum actum fortitudinis, scilicet aggredi, sed per accidens adiuuant.22ę.q.123.10.3m.

50 Fortitudo Spiritus, ostenditur in resistendo concupiscentię carnis contrariantis spiritui. Sed est maior in comprimendo, ne insurgat.3a. quæst.15.2.3m. *Fortificatio. Gratiis.2. Imaginatio.9. Intellectus.99. Inuincibile. Lenia. Lex.135.172. Martyrium.1.

51 Fortis habet duos actus, scilicet circa propriam materiam, idest pugnare, & circa proprium finem iam adeptum, idest gaudere de victoria.3.d.33.quæst.1.4.c. *Motus.62. Operatio.35. Passio.53.132. Peccatum.370. Præceptũ.111.112.114. Reuelatio.11.

52 Pugnare viriliter, est actus fortitudinis, inquantum huiusmodi. Sed vt debetur a milite propter feudum quod tenet a rege, est actus iustitiæ.3.d.9.quæst.1.ar.1.quæst.1.3m. *Superbia.24. Thomas.2. Tribulatio.6.11. Veritas.55. Vincere. Vindicatio.8.

53 Donum fortitudinis in patria, habet actum perfruendi plena securitate a laboribus, & a malis.22ę quæst.139.1.2m./.3.d.33.quæst.1.4.c./.d.34.quæst.3.ar.1.quæst.3.o./.d.35.q.2 ar.4.q.3.c. *Armus. Donũ.

54 Actus principalis huius doni in via, est sustinere omnia difficilia, secundarius autem, est aggredi. Sed non differũt specie.3.d.34.q.3.ar.1.q.2.c. *Beatitudo.151.&c.169.170. Charitas.64. Donum.28. Gabriel.1.

55 Hoc donum est maxime circa opera supererogationis, quia sunt difficilima, & supra vires humanas.3.d.34.quæst.3.art.1.quæst.2.1m.

56 Hoc donum respicit principaliter difficultates, sed miracula, & doctrinam, tamquam auxilia, & instrumenta.3.d.34.q.3.ar.1.q.2.2m. *Præceptum.111.112.114. Virtus.151.

57 Donum fortitudinis, se extendit ad omnia difficilia, non autem virtus fortitudinis.3.d.34.q.3.ar.1.q.2.o.

58 Virtus fortitudinis, firmat animum, secundum modum connaturalem homini, donum autem supernaturaliter, 22ę q.139.1.o./.3.d.34.q.1.2.c./.q.3.ar.1.q.1.o.

59 Donum fortitudinis dat fiduciam euadendi quælibet pericula, & perueniendi ad finẽ cuiuslibet operis, idest ad beatitudinem, non autem virtus fortitudinis, sed perficit ad sustinendum quælibet pericula.22ę.q.139.1.c./.1m.

60 Donum fortitudinis respicit virtutem fortitudinis, inquãtum sustinet pericula, & facit quodcumque opus arduum. Ideo dirigitur a dono consilii.22ę.q.139.1.3m.

1 ¶FORTVNA est causa per accidens, vt in paucioribus, prę ter intentionem, in his quæ sunt propter finem, & a proposito. Meta.11.le.8.fin. Causa.14.inf. Quid.

2 Fortuna est intellectus, agens præter intentionem. Sed casus est natura, agens præter intentionem. Meta.11.le.8.fi./ Lib.12.lec.3.medo.c.F./.Phy.2.lec.10.o. Casus.2. *Astrologia.4. Astrum. Bonitas.191. Causa.10.&c.

3 Fortuna est incerta, quia est ab infinitis, idest indeterminatis causis. Meta.11.lec.8.fi.

4 Fortuna est maxime in diuitiis, & potentia, deinde in aliis bonis exterioribus.ꝯ.3.co 30.fi./.31.prino /.fi.

5 Fortuna non est in carentibus vsu rationis. Meta.11.le.8.fi. *Magnanimitas.27.

6 Fortuna & felicitas, sunt eorundem subiectorum, non autem eorundem obiectorum, vel mediorum.4.d.49.q.1.ar.1.q.1.5m. *Prouidentia.57. Scientia.51.52.53.

7 Bene natus dicitur, qui bene inclinatur ex Cælo, & etiam bene fortũnatus, non autem cuius electio dirigitur ex deo vel Angelis, sed dicitur bene gubernatus, vel bene custoditus.ꝯ.3.co.92./.Opus.25.co.4.

8 Nullus potest esse vniuersaliter bene natus, ex virtute Cæli sed tantum ex directione Dei.ꝯ.3.co.92.fi.

9 Aliquis

Fo Fr

9 Aliquis dicitur respectu moralium bene vel male natus, non autem bene vel malo fortunatus, quia non possunt eē præter intentionem. ℨ. 3. cº. 92.

Compara tio. FORVS pœnitentialis, est dignior foro contentioso, qui tamen maiorem solemnitatem requirit, quia in eo oportet quòd non solum Deo, sed etiam homini satisfiat. 4. d. 18. q. 2. ar. 2. q. 1. 2ᵐ./. Opuſ. 73. cº. 20.

8 Parochiales habent in subditos suos iurisdictionē, in foro conscientiæ, in quo possunt absoluere, non autem in foro iudiciali, quia non possunt coram eis subditi conueniri in causis contentiosis. 4. d. 18. q. 2. ar 2. q. 1. 2ᵐ./. Opuſ. 73. cº. 20. *Absoluere. 0. Capitulum. Dolus. 4. Electio. 35. Excōmunicatio. 13. 15. Illegitimus. 3. &c. Irregularis. 2. Iudicium 23. &c. Iuramentum. 20. Lex. 174. Matrimonium. 27. 43. Nūdinæ. Pœna. 43. 54. 71. Pœnitentia. 95. Princeps. 10. Scipio. Vſura. 158, 159. 285. 289. 313.

¶ Fotinus. Hæresis. 88. 93. 94.

¶ Fouea. Lacus.

¶ Fouere. Ciconia. 2. Cōceptio. 3. Educatio. Aegritudo. 4. Elemosyna. 15. Fauere. Nomen. 37. Spiritus. 16. Vſura. 272.

Miraculū. 1 FRACTIO panis a Christo dicitur fuisse similis incisioni cultelli. 3. d. 21. quæst. 2. ar. 4. / quæ. 1. 3ᵐ. * Accidens. 83. 84. Aduersant. 2.

Licet. 2 Claustra virginis frangere ad medicinam, vel aspicere ad probandum virum esse mentitum, licet, ne matrimonium impediatur. Nec fractio hæc, vel illud aspicere, est contra naturam, quia non fit ad delectationem, sed ad medicinā, vel ad probationem veritatis. 4. d. 34. 2. 1ᵐ /. 3. c /. L. mcº. D. Claustrum. Affinitas. 5. Confractio. Excommunicatio. 30.

3 Quantumcumque aliquis claustra pudoris inuadat vel frāgat, nisi committio seminum sequatur, non contrahitur ex hoc affinitas. 4. d. 41. ar. 1. quæst. 4. 2ᵐ. Affinitas. 5. * Innocentia. 14. 15. Magnanimitas. 13. Manducatio. Natiuitas 20. Sabbathum. 12. Satisfactio. 8. Soluere. Speculum. 6. Spōsalia. 5. Vas. 3. Violatio. Virginitas. 6. 9. &c. 13. 29. &c. Votū. 38. 55. &c. 73.

Quid. 4 Frangi est diuidi in partes magnas. Sed diminui vel conteri, est diuidi in partes minimas. 4. d. 17. quæst. 2. ar. 1. q. 1. c. / ar. 2. q. 1. c / Isa. 24. medº. K. Confractio.

¶ Fragilitas. Beatus. 54. Mulier. 4. 6. 18. Vti. 16.

¶ Fragor. Cælum. 114.

Figura. ¶ Framea seu gladius, significat mortem, vel linguam prauam. Psal. 21. medº. q. 1. * Gladius. 0.

¶ Francia. Indulgentia. 29. Vſura. 214.

¶ Francus. Imperium.

Dio. 1 FRATER in sacra scriptura dicitur quadrupliciter, scilicet natura, gente, cognatione & affectu. 3ª. q. 28. 3. 5ᵐ. /. Matth. 12. fin. b. B. /. Gal. 1. fi. G.

2 Fratres Christi fuerunt, per adoptionem. 1ª. quæst. 33. 3. c. / q. 41. 3. c / 3ª. quæst. 23. 2. 2ᵐ. / 3. d. 10. quæst. 2. ar. 1. q 2. 2ᵐ. / 4. d. 30. quæst. 2. 3. 4ᵐ. / Psal. 48. meº. c. C. / Gal. lec. 5. fin. H. *Accusatio. 6. Admonitio. 0. Amor. 121. 127. Apostoli. 31.

3 Fratres Christi in euangelio, dicuntur consobrini eius, scilicet filii Mariæ, matertēræ matris eius. 3ª. quæst. 28. 3. 5ᵐ. /. 4. d. 30. quæst. 2. 3. 4ᵐ. / Opuſc. 3. cº. 232. / Matth. 12. fin. b. B. / Io. 2. lec. 2. principº. a. E. / cº. 7. lec. 1. medº. b. d /. Gal. lec. 5. fin. G. * Blasphemia. 3. 22. Cognatio. 1. Consanguinitas. 8. Imperator. 9. Ioseph. 1. Iudæi. 11. Iudicium. 29. 30. Matrimonium. 83. Meritū. 84. Obedientia. 35. Papa. 2. Professio. 2. 3. Religio. 29. Scipio. Titus. Vſura. 195. 289. Christus. 101. 110. Zorobabel.

¶ Fraternū, Admonitio. 0. Blasphemia. 22. Correctio. 0. Vſura 9. 80. 189. 205. 289.

¶ Fraudulentus. Miluus. Præuaricator. Venus. 2. 3. Vulpis. 6

¶ Fraus. Adam. 29. 30. 31. Aleator. 1. Angelus. 296. 313. 394. 395. 396. Astutia. 1. 3. Auaricia. 15. Bibere. Calumnia. 0. Curuitas. Furtum. 2. 3. 4. Ieiunium. 43. 45. Insidiæ. Lacus. 0. Laqueus. Matrimonium. 35. 59. 60. 61. Meretrix. 6. Occultatio. Osculum. Præceptum. 108. Proditor. Prudentia. 2. 22. 35. Vſura. 59. 107. 108. 128. &c. 150. 219. 220. 221.

Causa. ¶ Phrenesis. Tanta potest esse motio spirituum & humorū, quòd huiusmodi apparitiones rerum aliter quàm sint, etiā vigilantibus per naturalem commotionem humorum fiūt sicut & in phreneticis, & aliis huiusmodi. 1ª. q. 111. 3. c. fi. Aduocatus. 9. Baptismus. 132. Depositum. 3. Eucharistia. 210. 211. Phreneticus. Furia. Furiosus. Futurum. 3. Matrimonium. 105. 106. 107. Vnctio. 25.

¶ Phreneticus. Phrenesis. Medicus. 11.

Dio. ¶ Frænum quincuplex, scilicet propriæ discretionis, diuinæ gubernationis, diabolicæ deceptionis, æternæ damnationis & temporalis afflictionis. Isa. 37. fin. E. * Infirmitas. Sobrietas. 1.

Fr

¶ Frequenter, Abstinentia. 7, Accidens. 103. Adam. 52. Contingens. 6. Cornicula. Docilitas. 2. Eucharistia. 180. 181. Lex. 39, 163. Memoria. 22. Numerus. 6. 20. Peccatum. 291. 385. Theoª. 2. Vſura. 171. 176. 189.

¶ Frequentia, assiduitas, & diuturnitas, non sunt circunstiæ mutantes speciem, nisi aliud superueniat. 12ℨ. quæst. 88. 5. 1ᵐ. * Adam. 52. Amor. 239. Angelus. 453. Assiduitas. Capitale. 3. 6. Castitas. 10. Colere. Confessio. 53. Contemptus. 2. Dæmon. 103. 111. Eucharistia. 180. 181. Frequenter. Fulmen. Futurum. 2. Galea. 3. Iustitia. 61. Lex. 39. 163. Lingua 6. Mos. 1. Negotiatio. 2. Paulus. 24. Peccatum. 291. 385. Psal. 12. Religio. 2. Sepultura. 7. Theologia. 2. Non circunstantia.

¶ Fricare. Multa homo agit absque deliberatione, de quibus etiam quandoque nihil cogitat, sicut cum aliquis mouet pedem vel manum, aliis intentus, vel fricat barbam. 12ℨ. q. 1. 1. a. 3. / 3ᵐ. / Ma. quæst. 2. 5. 6ᵐ. / Meta. 7. lec. 6. medº. g. G. Actio. 43. * Magnes. 3. Non intell

¶ Frigescere. Appetitus. 75.

¶ Frigiditas est qualitas feminina, calor autem ē qualitas masculina. Iob. 38. lec. 2. medº. K. * Adoptio. 5. Affinitas. 9. Appetitus. 75. Aqua. 1. Aranea. 1. Calor. 5. 13. Cælum. 109. Ebur. Eunuchus. Fames. 1. Graue. 5. Ira. 51. Lux. 25. Marc. 1. Maria. 70. Matrimonium. 81. 83. 88. &c. Palpabile. 2. Pœna. 90. Rex. 9. Saturnus. Senectus. 5. Septentrio. Terremotus. 3. Timor. 34. 35. Vapor. 4. Ventus. 4. 5. Vinum. 2. Quid

¶ Frigius. Musica. 1.

¶ Frigus. Frigiditas.

¶ Frondes. Anima. 213. Arbor. 2.

¶ Frons. Baptismus. 238. 244. Confirmatio. 21. Chrisma. 3. Vertex.

¶ Fructiferum. Vſura. 204. 218.

¶ Fructificare. Arbor. 1. 2. Maria. 69. Christus. 212.

¶ Fructuosus. Oratio. 37. 38. Prædicator. 0. Vita. 59. Vſura. 204. 218.

1 FRVCTVS dupliciter distinguuntur, scilicet secundum tres perfectionis gradus a Christo, scilicet trigesimus, sexagesimus, & centesimus, siue secundum tres gradus virtutis, vt sancti distinguunt, quia cuiuslibet rei perfectio, attenditur secundum principium, medium, & finem, & essentialiter, ideſt secundum rationes diuersas gaudendi, scilicet duodecim a Paulo. 12ℨ. quæst. 70. 3. 2ᵐ. / 3. d. 34. q. 1. 5. 4ᵐ. * Anima. 213. Dīa

2 Fructus spiritualis dicitur quadrupliciter, scilicet quod reficit, vt vltimus finis, scilicet fruitio, vel non vltimus finis scilicet virtutes, omne præmium futurum, & spiritualitas consurgens ex semine verbi Dei. 4. d. 49. q. 5. ar. 2. q. 1. c. * Arbor. 0. Castitas. 3. Excommunicatio. 3.

Fructus spiritualis dicitur dupliciter, scilicet quod principaliter expectatur, scilicet Deus, & secundario, scilicet delectatio. 12ℨ. quæst. 11. 1. c / 3ᵐ. / 3. d. 34. quæst. 1. 5. c / 3ᵐ. / Gal. 5. lec. 6. principº. I. * Fides. 10. Indenotio. Laus. 7. 9. 20. Manens.

3 Fructus quarto modo, scilicet consurgens ex semine verbi Dei, est tantum triplex, secundum tres gradus continentium, scilicet coniugum, viduarum, & virginum. 12ℨ. q. 70. 3. 2ᵐ. / 3. d. 34. q. 1. 5. 5ᵐ. / 4. d. 49. q. 5. ar. 2. q. 3. 0.

4 Fructus spiritus sancti secundum sanctum Paulum sunt duodecim, scilicet charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, longanimitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, & castitas. 12ℨ. q 70. 3. 0. / 3. d. 34. q. 1. 5. c. / Virt. q. 2. 2. 12ᵐ. / Gal. 5. le. 6. meº. G.

5 Fructus sensibilis, est vltimum ex arbore expectatum, quod cum quadam suauitate percipitur. 12ℨ. q. 11. 1. c. / 3. c. / 2ᵐ. / q. 70. 1. c. / Gal. 5. lec. 6. principº. H. Quid,

Vltimum simpliciter & delectans, est proprie fructus, & eiº proprie est frui. Delectans autem non vltimum, potest ali quo modo dici fructus sed eius non est frui proprie, & secundum completam rationem. Non delectans vero, sed tantum in ordine ad aliud appetitum, nullo modo est fructus. 12ℨ. q. 11. 3. c. / 2ᵐ. * Confessio. 52. Familiaritas. 1. Fœtus. Flos. 1. Fruges. Homo. 37. Iuuentus. 2.

8 Fructus adeptus habet rationem vltimi finis, non autem fructus productus. Gal. 5. lec. 6. principº. H. * Mansuetudo. 1.

9 Opera carnis, non dicuntur fructus, quia sunt contra rationem, sicut quod est ex arbore contra naturam eius, non dicitur fructus. 12ℨ. quæst. 70. 4. 1ᵐ. / 22ℨ. quæst. 8. 8. c. fin. / Gal. 5. lec. 6. principº. E. * Patientia. 1. Pœnitentia. 88.

Petrus.

Frū Fru

Petrus. 5. Vagatio. 1. Vas. 2.

10 Virtutes dicuntur fructus, ratione delectationis, non autē ratione habitus. 12ℨ. quæst. 70. 1. 3ᵐ. / 22ℨ. quæst. 136. 1. 3ᵐ. / 3. dist. 34. q. 1. 5. 1ᵐ. / Gal. 5. lec 6. meº. G. Veritas. 27.

11 Operatio secundum facultatem rationis, dicitur fructus rationis. Sed vt mouetur a deo, dicitur fructus spiritus sancti. 12ℨ. q. 70. 1. c. * Vſura. 54. &c. 98. 99. 106. 178. 180. 185. 188. 189. 218. 219. 224. 225. 226. 253. 273. 290. &c. 298. Vſus. 10. & cetera.

43 Alia genera a relatione, secũdum propriam rationem, significãt aliquid alicui inhærens.1^a.qu.28.1.2.c. *Vnitas.8.17. Vniuersale. 23. Voluntarium. 8. Voluntas. 50. Vsura.52. Vxor.9.Christus.130.Zelus.4.

¶ Geometra.

Geo Gla Glo

Acquiri. 1 ¶ GEOMETRA, modico studio acquirit scientiam conclusionis, numquam consideratæ. 12^e. quæst. 65.1.1^m. *Accidens.120.

2 Oppositum uidetur dicere.12^e.q.51.4.3^m./. q.54.4.3^m. Respondeo, sicut Du.1108^m.*Arismetrica.1.3.Bonitas.89.

3 Errans circa hoc principiũ, omne totum est maius sua parte, non potest habere scientiam geometriæ.12^e.q.65.1.4^m./. Virt.q.5.2.4^m.*Corpus.11.Mathematica.0. Medium.1. 28. Physica 11. Scientia.22.23.24.25.156.148.

¶ Gerere.Baluus Baptismus.148.Bellum.7. Cohors.1. Cura. 5.Honor.31.Imperator.7.Lex.161. Minister. 3. Religio.29. Sacerdos.5.30.Vices.Virginitas.25.

¶ Germania.Imperium.Lex.57.

Diuisio. ¶ Germẽ malũ quadruplex.s.prauę plationis, doctrinę erroris, præsumptuosæ opinionis, & pñtis consolationis.Isa.18.fi.

Planetæ. ¶ Germinare. Significanter dicit scriptura, germinet terra herbam uirentem, & facientem semen, quia, scilicet sunt producta perfectæ species plantarum, ex quibus semina plantarum orirentur. Nec refert ubicunque habeant uim sementiuam, utrum, scilicet, uel in stipite, vel in fructu.1^a.q.69.2. o./.q.72.1^m.*Seminator.

¶ Gesta.Confessio.38.Perseuerantia.12.Sepultura.12.

¶ Gestus.Modestia.3.Scurrilitas.1.

¶ Giezi.Symonia.28.

Homines. ¶ Gigantes secundum Iosephum, & Augustinum, producti sunt semine humano, operante dæmone incubo, uel succubo, sub certa cõstellatione.1^a.q.51.3.6^m./.Po^a. 2. d.8.ar.4.q. 2.3^m./.qu.6.3.c. fin *Resurrectio.32.

Cui. ¶ Gigni conuenit animatis tantum, non autem generari.3.d. 8.1.1^m.*Fides 87.Generatio.39.85.&c. Natiuitas.1.Processio.32.Vsura.12.

Error. ¶ Gilbertus poretanus, reuocat errorem suum, de assistentia relationum in diuinis 1^a.q.28.2.c./.1.d.26.q.2.1.c./.d.33.1.2. 5.c./.Po^a.qu.7.8.c /.qu.8.2.c/.Opusc.3.c^o.66.Hæresis.121. Suffragia.12.Trinitas.10.

Quid. ¶ Gith, genus leguminis est, similis cimino.Isa.28.fi.

Figura. 1 ¶ GLADIVS flãmeus, est impedimentum accessus paradisi terrestris, & significat impedimentum regni cælestis.22^e. q 164.2.5^m./.2.d.29 5.3^m./.d.18.L.*Cultellus.Depositum.3. Fractio.1 Framea.Vindicatio.8 Christus.220.

2 Ecclesia habet gladium spiritualẽ, ad exequutionẽ, sed materialem, ad iussionem tantum.4.d.37.q.2.1.b./.c./.L.

¶ Globus.Paradisus.4.

Quid. 1 ¶ GLORIA est clara notitia cum laude, ut Ambrosius dicit. 12^e.q.2.3.c /.22^e.qu.103.1.3^m./ q.132.1.c./. Con.3.c^o.29./. Ma.q.9.1.c /.Io.13.lec.6.prin^o./.He. le.2.prin^o.H. Beatitudo 22.39.40.Fama.2.Gloriari. Honor.15. Inuidia.1.2.10.

2 Finis debitus appetendi gloriam, uel manifestandi aliquod bonum in hac uita, est tantum triplex, scilicet gloria dei, utilitas proximi, & utilitas propria.22^e q.132.1.3^m./.Ma.q.9.1. o.*Magnanimitas.7.Princeps 1.2.Prosperitas.2. Rex.3 4.9.

3 Homo potest laudabiliter appetere gloriam suam, ad utilitatẽ sui vel aliorum. 22^e./.q.132 1.1^m.Ma.q.9.1.c./.1^m./.2^m

4 Gloria hominis duplex, scilicet naturalis, idest imago dei, & spiritualis, idest cõsciẽtia bona.Psal.7.m^o.b.fi *Vitiũ. 12.

Vana. 5 Gloria dicitur uana tripliciter, & est peccatum. Primo, quando est de non ente, uel de transitoriis, uel de peccato Secundo, quando quæritur ab hominibus, & non a deo. Tertio, quando non ordinatur ad debitum finem.22^e.q.132.1.c./. Ma.q.9.1.2.c.*Aureola 21.Beatitudo.39 40.Beatus.54.

6 Opus uirtuosum, factum propter inanem gloriam uenialẽ, ammittit uim merendi uitam æternam, quia nullus peccando meretur.22^e q.132.3.1^m./.Ma q.9.2.1^m./.2^m. * Capitale. 8.9.10 Cognitio.26. Contentio.3.4. Dauid.1.2. Discordia. 3 Eleemosyna.36.

7 Inanis gloria est periculosa, non propter grauitatẽ sui, sed disponendo ad grauia, faciendo præsumptuosum, & nimis de se confidentem, & disponendo paulatim ad priuationẽ interiorũ bonorũ.22^e.q.132.3.3^m./.Ma.q.9.2.4^m.* Gloriari.

8 Vanagloria ui operatur præcipue circa Eleemosynam, propter defectum charitatis, præferendo uanãgloriam utilitati proximi, dum facit hoc propter illud. 22^e.qu. 132. 5. 3^m. Iactantia 3 4.Inanisgloria.Hypocrisis.6.Ira.65. Iudæi.18.

9 Vanagloria non est semper peccatum mortale, sed tantum quando ponitur in ea ultimus finis, vel quando est e contra deum.22^e.q.132.3.0./.Ma.qu.9.2.0. Magnanimitas.12. &c.Operatio.55.Oratio.31.Ornatus 3.&c. Peccatum.416. 425.Præsumptio.3.Princeps.1.2.

10 Vanagloria est vitium capitale, cuius filiæ sunt septem, scilicet inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio, discordia, præsumptio nouitatum, & pertinacia.22^e.qu.21.4.0./. q.105.1.2^m./.q.132.4.5.0./.q.138.2.1^m./.2. d.42.q.2.3.c./. L. 2./.Ma.q.8.1.c./.q.9.3.0./.q.13.3.c.c^a.8.Contentio.3.Discordia.13.A.* Sepultura.8.Superbia.22.23.24.Vestis.6.

11 Ira non causat discordiam, & contentionem, nisi mediante uanagloria.22^e.q.132.5.2^m./ Ma.q.9.3.4^m.

12 Vanagloria directe contrariatur magnanimitati, secũdum rei ueritatem, ut deficiens, sed secundum opinionem, ut excedens.22^e.q.30.prin^o./.q.132.2 0./.2.d.42.q.2.4.c.

13 Gloria dei duplex, scilicet quia in se est gloriosus, & claritas ab eo deriuata.1^e.Cor.11.lec.2.fi.F. *Abstratio. 19. Actus. 23.24.Commendatio.Corona.3.6.7. Cultus.7. Damnatio. 11.Deus.202.252.Domus.3.Dos. 7. Fides.162. Honor.28. Iactãtia.3.Ignis.11.Laus.8.13.&c.Martyrium.16.17.Oratio.40.Ornatus.8.Placere. Dei.

14 Deus quærit gloriam suam, non propter se, sed propter nos.22^e. q. 132.1.1^m./. Ma.qu. 9.1.4^m. * Prædestinatio.49. Prædicare.13.Prælatio.17.Testamentum.12.Vtile 9.

15 Gloria Christi quadruplex, scilicet exaltationis in cruce, iudiciariæ potestatis, resurrectionis, & cognitionis in fide populorum.Io.13.lec.6.0./.He.2.le.2.fi.D.Apparere.8.9. Conceptio.31.Damnatio.11. Christi.

16 Soli Christo conuenit, quęrere gloriã suam, quia deus est. Sed inquantum homo, quærit gloriam dei in se, sicut & alii sancti 22^e.q.132.1.1^m./.Io.7.lec.2.me^o.f.fi./.c^o. 8.lec.7. fi.h. * Mos.9.Iudicium.70.80.Oratio.94.Passio.131.

17 Gloria Christi, patuit quadrupliciter in testimonio patris, ministerio angelorum, obedientia totius naturæ, & potestate docendi, & operandi.Io.lec.8.me^o.b.B. Prædestinatio. 49.Resurrectio.43.46.57.Status.16.Transfiguratio.1.

18 Ea quæ sunt glorię, scilicet perfecta dei fruitio, & huiusmodi, prius tempore debuerunt esse in Christo, sicut in actore glorię, quàm in alio.3^a.qu.53.3.3^m.le. Fruitio.12.13.*Christus.103.107.117.203.214.

19 Gloria sanctorum, est sine successione.12^e.q.67.4.2^m.Successio.8.*Actus.145.Adam.17.Additus.0.Adoptio.21. Beatorum.

20 Gloria sanctorũ est magna quintupliciter.s intẽsa, extẽsa, ęterna, pfecta, & integra.Isa.54.fi.E.Amor.31.69.97.Aĩa.73.90. Apertio.2.Apostoli.43.Bñficiũ.16.Bonitas.48.59. 192. 195. 219.221.&c.249.Cælũ 121. Cõmendatio. Conuersio.1.2.5.

21 In glória duo lætificabunt beatos, scilicet frui 10 dei, & societas sanctorum.He.12.le.4.me^o.C. *Corona. 3. 6.7. Cultus.3 Descendere. 7. Deus. 245.252. Dolor.44. Domus. 3. Dos.1.c.Electio.22.27.Elementum.27. Euangelium.1. Eucharistia.256.&c.Exorcismus.8.Filiatio.37.38.39. Gloriari. Gloriosus.Gratia.11.12.14.58.127.134.1 40. 141. 144. &c. Ieiunium.35.Ignis.11.Illuminatio.9.Incorruptibile. Infernus.1.Iudicium.85.Iustificatio.17.Lac.2.Liber.15. &c.Lumen.19.&c Luxuria.16.Mane.Maria.17.22.38.58. Meritũ. 65.98.101.102.Missa.26.Moyses.1.2.3.Mulier.4.Nox.2.Palpabile.4.5 Passio.129.130.

22 Sicut gloria animę beatę, excedit uirtutem naturalem angelorum, ita gloria corporum resurgentium, excedet uirtutem naturalem cælorum, quia maior est claritas, firmior impassibilitas, facilior agilitas, & dignitas naturę perfectior Con.4.c^o.86.fi.Claritas.9. *Pax.7.Peccatum.6. Pęna.1.2.3. Perfectio.19.Prędestinatio.2.9.15.16.22.24.25.49.Prædicare.5.Princeps.1.2.Quies 5.7.Raptus.11.18. Sacramentum. 6.13.141.Sacrificium.13.Saluari.6.

23 Gloria sanctorum in hac uita, consistit in tribus, scilicet in conscientia, iustitia interiori, & spe æternorum.Psal.44.fi.1 I.Sanctus.7.Sanitas.7.8.Septem.Similitudo.10. Somnus.1 Spes.10.21.22.Spirituale.3.Status. 5.7.12.13. Successio. 8. Suffragia.11.&c.Verbum.66 76.Vita.9. 12.13.35. Vitium. 12.Vnctio.20.30.

24 Omnia cedunt ad gloriam electorum. Ideo sunt hæredes mundi.Ro.4.lect.2.me^o.K.

¶ Gloriari.Gloria.0. Opprobrium.3.Peccatum.103.

¶ Glorificatio.Iustificatio 17.Maria.17.22.38.58.Misericordia 31.Operatio 33.Passio.129.130.

Gloriosus Abscõdere.1.Angelus.99.Gloria.13. Iudiciũ 80.

¶ Glosa. Bonitas.170. Humilitas. 8 Iurisdię.2.Laus.21. Maria. 62 Occidere.3.Vsura.189.190.

¶ Gluten.Resurrectio.23.

Quid. ¶ Gnomi, importat quandã perspicacitatẽ iudicii. Et est uirtus bene iudicatiua de agẽdis secundũ ipsam rationẽ naturalẽ, in his in quibus deficit lex cõis.12^e q.57.6.3^m. fi./.22^e. q.61.4 c.fi /.3^m.Cõsilium.27.*Prudentia.15.49. 79.Synesis.

¶ Gradatim.Resurrectio.44.

¶ Gradi.Cura.5.Resurrectio.44.Vadens.

In diuinis. ¶ Gradus, non est inter diuinas personas, nisi improprie, idest ordo.1.d.34.q.1.2.c./.2.d.38.1.2^m.

Gra

Differentia. 2 Gradus dupliciter diuersificantur, scilicet in eodem statu vel conditione, & in diuersis. Primo modo incipiendum est ab infimo, non autē secundo modo. Quol.4.23.2m./. Quol. 5.21.1m. * Accusatio 24. Actus 151. Affinitas 7.15.16.17. Amor 107.&c.124.193.238. Angelus 51.55.56.217.228.&c. 574.602 Anima 123.178.293. Animal 54. Augmentum 14. &c. Aureola 4 7.23. Baptism° 170. Beatus 34. Charitas 111. &c. Cognitio 55.56. Consanguinitas 4. &c. Contemplatio 9. Corona 1. Deus 184.201. Differre 6. Dispensatio 20. Episcopus 8. Fatue. Fides 22. Finis 17.36. Forma 25.60.128. Fructus 1.4. Gratia 100. Hierarchia 2. Idea 41. Indiuiduum 16. Ingratitudo 10. Ira 5. Iurisdictio 2. Liberalitas 15. Luxuria 17. Mansiones. Maria 29. Matrimonium 122.

3 Gradus altaris prohibetur contra idolatriam, quia gentiles in (aeris priapi ostendebant populo sua pudēda 12ᵉ.q.102. 4.7m.fi. * Mendacium 6. Miraculum 8. Missio 2. Motus 78. Nobilitas 1. Obedientia 28. Officium 16. Ordo 23.75. Patruus. Peccatum 70.227. Pœnitentia 106.135. Perfectio 22. Potentia 64. Prælatio 3. Prophetia 57.58.78. Religio 93.99. &c. Resurrectio 44. Sacerdos 33. Sanctificatio 7. Sanctitas 6. Scientia 70.

4 Vltimus gradus essendi imperfectissimus, est esse in potentia 1.d.36.q.2.3.2m./.3m. * Status 2.13.15. Stella 9. Subiectio 8. Superbia 9. Suspitio 4. Timor 53. Vendere 3. Verbum. 73. Virginitas 19.20. Vita 14. Vsura 260. Vsus 9. Vxor 10. Christus 87.

¶ Grāmatica. Actio. 121. Amor 199. Ars 10.&c. Generatio 40. Ioannes 20. Logica 4.6.8.13. Nominatiuus. Obliqui 1. Oratio 11. Pœna 14. Persona 2.23. Propositio 8. Vsura 4.

Circa quid ¶ Grammaticus circa signa principaliter versatur, non quidē propter res quæ significantur, sed propter modum significandi, quem ex se denotant. Opusc.73.c°.1.

¶ Grādis. Scriptura 2.

Causa. ¶ Grando habet similem causam generationis, cum fulgure. Et est grossior in valle, quàm in monte. Et fit prope terram & est aliquando figurę angularis. Psalm.17.me°.h. * Apostoli 46. Vapor 5.

¶ Granum. Eucharistia 62.&c. Formica.

Quid. 1 ¶ GRATIA est forma accidentalis, scilicet qualitas 12ᵉ.qū. 110.2.0./2.d.26.2.0. * Anima 298.&c. Aqua 3.4.

2 Gratia reducitur ad primam speciem qualitatis. Non tamē est habitus proprie, sed habitudo, scilicet sanitas mentis. 12ᵉ.q.110.3.3m./.2.d.26.4.1m./.Ve.q.27.2.7m. * Bonitas 48 58.195. Charitas 12.53.71. Credere 3. Excęcatio 2.

3 Gratia est forma quędam, habens esse completum in anima. Ideo est in ea mutabiliter, sicut anima est mutabilis secundum liberum arbitrium in via 3a.q.63.5.1m./. Con.3. c°.150. * Fides 9.10.71.83.105.106. Flumen 1.

4 Gratia est sicut perfectio prima uirtutum. Charitas autem sicut perfectio proxima Ver.q.14.5.6m. Charitas 53. infr. * Fortitudo 43. Gratitudo 1. Hæresis 104. Illuminatio 8. Imago 37. Inditum. Interpretatio 4.5 Iustitia 13.22.69 70.

4 Gratia est forma virtutum infusarum, quo ad actum, non autem secundum esse 3.d.27.quæst.2.ar.4.q.3.2m./. Ver q. 27.5.5m./. Virt.q.1.9.18m. * Iustificato 17.20.&c. Lex 124. 139. Liber 22.23.26.27. Lumen 19. Mane. Oleum 2.

5 Gratia non est forma intrinseca virtutum, sed est quasi principium, a quo virtutes formaliter oriuntur 12ᵉ.q.110. 3.c./.3m./.4.1m./.3a.q.62.2.c./.2.d.26.6.3m./. L./. * Paulus 6.7. Peccatum 4.5.6.177.199.

7 Gratia pro acceptatione amoris, non est principium rectę operationis, nisi mediante virtute 12ᵉ.q.110.4.2m./.2.d.26. 4.2m./.3m./ d.27.2.8m./. Ver.q.14.5.13m./.q.27.2.7m./.5.17m. /.6.c. * Pœnitentia 11.15. Perfectio 19.39.75.

8 Nulla virtus est virtus, sine gratia, nec etiam charitas 3.d. 27.q.2.ar.4.q.3.2m. Charisas 47.12. Meritū 52.

9 Gratia differt essentialiter a qualibet virtute 12ᵉ.q.110.3. o./.4.c./.3a.q 7.1.c./.q.62.2.c./.q.89.1.c./.2.d.26 4.6.0./.3.d. 27.q.2.ar.4.q.3.2m./.q.4 c./ 4.d.1.q.1.ar.4.q.5.0./.d.7.q.2.ar. 2.q.3.c./.d.17.q.1.ar.1.q.1.3m./.Ver.q.14.5.c./.quæ.27.2.0. * Prædestinatio 1.3.4.9.15.23.29.46.49.51. Prophetia 3.

Du^m.677^m 10 Oppositum uidetur dicere 12ᵉ.q.60.3.c./.22ᵉ.q.106.1.0./. q.107.2.c. Resp°. Dub°.677°.

11 Gratia nihil aliud est, quàm quædam inchoatio gloriæ in nobis 22ᵉ. quæstio. 24.3.2m. * Retributio 1. Reuelatio 10. &c.

12 Auxilium quo indiget homo ad beatitudinem consequendam, uocatur gratia. Cont. 3. capit°.150./. Opusc.3.c°. 146./.147.

13 Auxilium dei ut mouens ad volendum, dicitur gratia operans, sed respectu actus exterioris, dicitur gratia cooperans 12ᵉ.q.111.2.c./.Ver.q.27.5.1m. * Saluari 9.10. Sanitas 7.8.9. Scientia 161. Spirituale 1,3.

14 Gratia consumata, est lumen gloriæ 12ᵉ.q.111.3.2m./.3.d.13 q.1.15m./.Veri.q.27.5.6m. * Temporale 1.

15 Gratia est natura, idest essentia, non tamen est naturalis alicui creaturæ 3a.q.2.12.c./.1.d.17.q.1.1.8m./.2.d.23. quæst.1. 1.5m.

16 Natura non dicitur gratia gratis data, quia natura includit debitum naturæ, & non debitum meriti, gratia uero oē debitum excludit 12ᵉ.q.111.1.2m./.4.c./. Opusc.3.c°.122. * Veritas 34. Vestigium 7. Virtus 101.

17 Gratia excedit conditionem naturæ create 12ᵉ.q.112.1.c./. q.114.2.5.c./.2.d.27.4.c./.5m./.5.3m /.d.28.1.c fi./. Opusc.3. cap°.222.

18 Gratia proprie est donum dei, excedens ordinem naturæ, & sine meritis 12ᵉ.quæst.112.1.c./.quęst.114.2.5.c./. Opusc. 3. capit°.222.

19 Gratia est participatio diuinæ naturæ 12ᵉ.q.110.3.4.c./.q. 112.1.c./.q.113.9.c./.q.114.3.c./.22ᵉ.q.19.7.c./.3a.q.2.10. 1m./.q.3.4.3m./.q.62.1.2.c./. Verit. quæst. 27.7.c./. Virtu. quæst.2.2.15m.

20 Omnis bonitas creaturę est gratia, quia gratis data. Sed antonōmatice, tantum illud quo meremur beatitudinem dei, dicitur gratia 2.d.26.1.2m.

21 Omnis gratia gratis data, est manifestatio gratiæ gratū facientis 12ᵉ.q.112.2.2m.

Diuisio. 22 Gratia sumitur tripliciter, scilicet pro dilectione, pro dono gratis dato, & pro recompensatione eius 12ᵉ.q.110 1.c./. 2.d.26.1.c./.Ver.q.27.1.c. * Confirmatio 26.49.&c. Consilium 25. Conuersio 1. Deus 415.&c.430.

23 Gratia dicitur dupliciter, scilicet acceptatio amoris, & donum eius 2.d 26.1.c./.Ver.q.27.1.5.c./. Opusc.3.c°.222./. Psal.50.me° f.E.

24 Gratia dicitur dupliciter, scilicet donum dei, & deus donās 3a.q.2.10.c./.2.distinct.28.1.1m./.2.c. fin. 3.c./.3. distinct.2. quæst. 2.artic.2.quæst. 1.c./. distinct.13.q.3.1.c. * Differentia 25. Donum 8. &c. 25. &c. 44. Electio 30. Fides 9.10. 71.83.105.106.

25 Gratia dei dicitur dupliciter, scilicet auxilium dei mouens nos, & habituale donum 12ᵉ.q.109.1.1m.2.3.6.8.9.10.c./. q.110.1.2.c./.q 111.2.c./.q.112.2.c./.22ᵉ.q.171.2.3m. * Iustificatio 17.20.&c. Ordo 68.71.

26 Gratia duplex, scilicet gratum faciens, & gratis data 12ᵉ.q. 111.1.0./.3a.q.7.7.c./.1m./.q.62.1.c./.Con.3.c°.152.fi./.Ve. q.27.1.5 c./.Opusc 3.c°.221./.Ro.lec.3.prin°.E./.1ᵉ.Cor.12. lec.2.prin°.H./.Eph.lec.2.prin°.D. * Sermo 2 3.

27 Plenitudo gratiæ duplex, scilicet ex parte ipsius gratię, idest quando aliquis attingit ad summum bonum, quantum ad essentiam, & quantum ad virtutem, quia habet gratiam in maxima excellentia qua potest haberi, & maxime in extensione ad omnes gratiæ effectus, & talis gratię plenitudo propria est homini Christo, & ex parte habentis gratiam, scilicet quando aliquis habet gratiam, secundum suam conditionem, vel intensionem vsque ad terminum ei præfixum a deo, quo ad omnia quę pertinent ad suum statum, vel officium, & talis plenitudo gratiæ, communicantur aliis per Christum 3a quæst. 7.10.0./.3.d.13.quęst.1.ar.2.quæst.2.0./ Opusc.60.c°.3.

28 Gratia gratum faciēs in eodem homine, non plurificatur secundum rem 2.d.26.6.0./.4.d.1.q.1.ar.4.q.5.c./.1m./.Ver. q.27.5.0.

29 Gratiæ gratis datę, sufficienter enumerantur, & distinguūtur nouem, scilicet sermo sapientiæ, sermo scientię, fides, gratia sanitatum, operatio uirtutum, prophetia, discretio spirituum, genera linguarum, & interpretatio sermonum. 12ᵉ.q.111.4.0./.Con.3.c°.154.

30 Gratia duplex, scilicet pręueniens, & subsequens 12ᵉ.q. 111.3.0./.2.d.26.5.0./.Ver.q.27.5.6m./.Psal.22.fi./.2ᵉ.Cor.6 lec.1.prin°.K.

31 Dilectio dei, dicitur præueniens, non autem subsequens, quia est æterna, sed gratia dei est temporalis, ideo dicitur utroque modo 12ᵉ.4.111.3.1m.

32 Gratia duplex. s. operans, & cooperās 12ᵉ.q.112.2.0./.3.c./. 2.d.26.5.0./.Ver.q.27.5.1m./.2m./.2ᵉ.Cor.6.me°.A.

33 Gratia operans, & cooperās, dicit dupliciter. s. ex parte uoluntatis dei, & ex parte doni gratis dati. Primo mō est alia, & alia, sed secundo modo est eadem. Ver.q.27.5.1m.

34 Gr̄a operās, & gr̄a cooperās, sūt idē qd gr̄a pueniēs, & gr̄a subsequens 2.d.26.5.c.fi./.4m./.Ver.q.27.5.6m.

35 Gratia operans, & gratia cooperans, sunt idem secundum rem, & differunt secundum rationem, & secundum effectus. Et similiter gratia præueniens, & gratia subsequens 12ᵉ.q.111.2.c./.4m./.3.0./.2.d.26.6.2m.

Gr

36 Gratiæ sacramentales plurificantur secundum pluralitatē defectuū ad quorum remotionē ordinantur 2.d.26.5m./.4. d.1.q.1.ar.4 q.5.c /.1m./.d.7.q.2.ar.2.q.2.c./. Ver.q.27.5.12m.

37 Gratia uię, & patriæ, sunt una, & eadē numero 12ᵉ. q.111. 3.2m./.Ver.q.27.5.6m.

Subiectū. 38 Corpus non est immediatum subiectum gratiæ, sed ex anima, redundat in corpus effectus gratiæ nunc, & in patria. 3a.q.79.1.3m. Anima.298.

39 In omni habente gratiam oportet esse rectitudinem uoluntatis. 22ᵉ.q.8.4.c. * Adam.5.36 42.

40 Genus humanum, est paratius ad gratiam, post incarnationem, q̄ ante. 1.d.15.q.2.1.c./.2.d.29.3.c.fi./.4.d.2.q.1.ar.4. q.2.2m./.Verit.q.29.4.10m./.Opusc.9.quęst.33. * Adoratio.14. 41. Amor.40.

Amplior gratia, collata fuisset ante peccatum, quàm post 1a.q.95.4.c./.2.d.29.3.0. * Anima.146.298.&c.302.

42 Gratia est maior in uno, quàm in alio, ex parte subiecti, nō nō autem ex parte obiecti, nec finis. 12ᵉ.q.66.2.1m./.q.112. 4.0./.22ᵉ.q.5.4.3m. * Apparere.3. Apostoli.1.10.20.31. Blasphemia.22. Bonitas 186. Charitas.71.

43 Non inconuenit, q aliquis post peccatū habeat multo maiorem gratiam, quàm aliquis in statu innocentiæ. 2 d.29.3. c.fi. * Cherubin.2. Coactio.9. Conceptio.15. Consilium.25. Contritio.2.c. Cornelius.3. Dæmon.11.26.27.

44 Aliquis incipit a maiori gratia, quàm sit in alio, in statu perfectus. 3a.q.89.2.4m. * Differentia.25.

45 Bonum gratiæ unius, est maius bono naturæ totius uniuersi. 12ᵉ.q 113.9.2m./.4.d.5.q.1.ar.3.q.1.c.fi.

46 Gratiæ gratis datæ, nō sunt communes omnibus, nec sunt omnes æquales in eodem. 12ᵉ.q.66.2.1m./.quæst. 68.5.1m./. Quol.12.27.1m. * Donum.44. Eucharistia. 272. Excommunicatio.7.8.9. Exorcismus.14. Facere.9.10.

47 Gratia proprie non creatur, nec corrumpitur, sed subiectū secundum eam. 12ᵉ.q.110.2.3m. * Fides.64.71.105.

48 Gratia non fit, nec corrumpitur, sed subiectum secundum eam. Et dicitur creari, quia homines secundum ipsam creātur, idest constituuntur in nouo esse, ex nihilo, idest nō ex meritis. 12a.4.110.2.3m. * Generatio.49. Hebetudo.2.

49 Gratia non æducitur de potentia materiæ, quia eleuat hominem super totum esse naturæ. 1.d.14.q.3.c./.d.17.q.2.2. c.fi./.Poa.q.3.8.3m. * Hæresis.61.68.69.70.93.104.1141.40. 142. Honor.26.

50 Decidens a gratia, potest reparari ad gratiā. Con.3.c°.156./. Li°.4.c°.70. Hæresis. * Hieremias.2. Illuminatio.9.114.

51 Gratia gratum faciens, ammittitur per quodlibet peccatū mortale. 12ᵉ.q.113.2.c./.22ᵉ.q.10.4.c./.q.24.12.0./.3a.q.86. 3.c./.2.d.32.q.1.1.2m./.d.36.1.c.prin°./.3.c./.d.42.q.1.5.3m. /.d.43.2.4m./.3.d.27.q.2.ar.4.q.4.0./.4.d.4.q.1. ar.2.q.1.c./. ar.3.q.3.0./.q.4.1m./.d.14.L.9m./.d.16.q.2.ar.1.qu.2.3m./.d. 22.q.1.ar.3.q.1.1m./.q.2.ar.1.q.1.c./. Verit.q.27.1.9m. Hæresis.61. * Imago.37.38. In.11.12. Indulgentia. 27. Industria. Intellectus.301.302.303.

52 Priuatio gratiæ, nō habet rationem culpę, sed pœne, nisi inquantum est ex voluntate. 2.d.33.q.2.1.2m.

53 Infusio gratiæ, fit in instantiæ, sine successione. 12ᵉ.q.113.7. c. * Iudicium.57. Iustitia.13.15.67.

54 In eodem instanti, est terminus pręparationis subiecti, & infusio gratiæ. 3a.q.89.2.c./.Quol.8.q.4.3.c.

55 Ad habitum gratiæ, requiritur præparatio subiecti, quę principaliter est a deo, mouente liberum arbitrium, secundario autem a nobis. 12ᵉ.4.112.2.0./.3.c /.2m./. 4.c.q.113.3.c./.7. c./.22ᵉ.q.24.1c.3m./.4.d.4.q.1.ar.3.q.4.1m./.d.17.q.1.ar.2.q. 1.2.0./.ar.3.q.1.0./.d.20.ar.1.qu.1.c./.He.12.lect.3.me°.D. * Iustificatio.14.15.

Du^m.680^m. 56 Immo in his qui non per propriam uoluntatem culpā incurrerunt, & usum uoluntatis non habēt, non exigitur ex parte eorum aliqua præparatio, sicut in pueris patet in baptismo. 4.d.17.q.1.ar.2.qu.1.c.fi. Respondeo, sicut dubio, 269°. Iustificatio.27 Baptism°.161. Lex.75. Liberū.13.14.15.

57 Præparatio perfecta ad gratiam, est in instanti, non autem imperfecta. 12ᵉ.q.112.2.2m./.4.d.17.q.1.ar.2.q.1.c. * Macula.1.&c.

58 Præparatio perfecta, simul est cum infusione gratiæ, & meretur gloriam, & non gratiam, non autem imperfecta. 12ᵉ.q. 112.2.1m./.3a.q.89.2.c./.4.d.17.q.1.ar.2.q.1.2.0. * Magnanimitas.25. Maria. G. Meritū.60. Missio.22.29.31.33.38.&c. Pœna.81.

59 Gratia ex necessitate infallibilitatis, & non coactionis, sequitur præparationem, secundum q est a deo, nō autem secundum q est a nobis. 12ᵉ.q.112.3.0./.4.d.17.q.1.ar.2.q.3. 0./.q.2.ar.5.q.1.c /.d.20.ar.1.q.1.c. * Pœnitentia.15. Prælatio.19. Prudentia.19.

Gr

60 Quando homo facit totum quod potest, & totum quod in se est, tunc, est necessitas ad habendā gratiam, non quidem necessitas coactionis, deo debitum imponentis, sed necessitas immutabilitatis, qua necesse est deum esse, & ideo esse bonum, & ideo effluentē, & ideo disposito accipiēti, dantē. 12ᵉ.q.112.3.0./.4.d.17.q.1.ar.2.q.3.0./.q.2.ar.5. quæst.1.c./. d.20.ar.5.q.1.c./. Opusc.61.c°.17. * Religio.43.

61 Ad gratiam disponunt tria, scilicet contemptus terrenæ uoluptatis, deuota meditatio diuinæ uoluntatis, & feruens desiderium diuinæ charitatis. Opusc.60.c°.24. * Reuerentia.7. Sapientia.44. Scientia.161. Status.7.

62 Quòd homo possit se p̄parare ad gratiā, sine auxilio dei, est hæresis Pelagii. Quol.1.7.c uel Hæresis. 69.70.71. Gr̄a.174.

63 Homo in gratia existens, indiget auxilio dei, mouente ad recte agendum, non autem alia gratia habituali. 12ᵉ.quæst. 109.9.0. Du^m.680^m.

64 Immo homo magnanimus, nullo indiget. 22ᵉ.q.129.6.1m. Respondeo. Dubio.679°.

Causa. 65 Honor debetur tantum diuinis. Ideo debetur tantum habenti gratiam in actu, uel aptitudine, uel causaliter. 3. dist. 9. quæstio.2.3.0.

66 Nulla creatura potest causare gratiā, sed solus deus infundit eam immediate. 12ᵉ.q.76.2.2m./.q.109.7.c./.q.112.1.0./. 3.2m./.3.q.62.1.c./.3m./.5.c./.q.64.1.c./.1.d 14.q.2.1.c./. q.3. 3.c./.2m./.d.15.q.1.1.4m./.q.3.1.2m./.d.16.4. Deus.196.0./.d. 40.q.4.2.3m./.2.d.11.q.1.1.2m./.d.26.2.c./.3.d.13.qu.2.1.c./. 1m./.3m./.d.19.ar.1.q.1.c./.4.d.1 q.1.ar.4.qu.1.c./.2m./.qu.3. 1m./.d.5.q.1.ar.3.q.1.c./.d.14.q.2.2.0./.4.c./.d.18.qu.1.ar.1. q.1.3m./.ar.3.q.1.c./.d.19.q.1.ar.2.q.1.c./.Veri.q.27.1.3m./.3. 0./.4.c.fi./.Ro.lec.5.fi.K./. Ephe.2.lec.3. me°. * A.Adam.44. 86. Angelus.498.499.501.

67 Oppositum uidetur dicere. 3a.q.13.0.0. Respondeo. Dubio. 680°. * Anima.213. Annihilatio. 15. Apostoli.1.10.20.31. Baptismus. 12.13.98.115.153.154.&c.172.176.179.229. 231.244. * Bonitas.195. Character.7.21.36.43 44.

68 Ad gratiam homo disponitur tripliciter, scilicet per opera legis a peccato retrahentis, per opera charitatis animam sanantis, & per opera humilitatis deum lenientis. Isa.1.me°. I. * Charitas. 12.53.83.84. Cherubin.2. Circuncisio.34.35. 36.45. Confirmatio.26.49.&c. Consecratio.7. Contritio.15. Conuersio.1. Cooperari.2.&c. Cornelius.3.

69 Deus est causa efficiens gratiæ, non autem formalis. Verit. q.27.1.1m. * Dæmon.11.26.27. Deus.194.196.198.320.419. 427.328.430. Dolor.39. Donum.25.26. Electio.30. Eleemosyna.31. Euangelium.1.5. Exræcatio.1.2.

70 Deus dādo gratiam peccatori, dicitur creare eū, quia nihil præsupponit. Sed deus operans in habente gratiam, magnificat eum. Psal.50.me°.f.D. * Excommunicatio. 7.9. Exorcismus.13. Experientia.10.&c. Facere.9.10. Filiatio.33. &c. Flumen.1.

71 Causa effectiua principalis gratiæ, est solus deus, dispositiua insufficienter, purus homo, sufficienter Christus, instrumentaliter sacramēta. 3.d.19.ar.1.q.1.c. * Fomes.5. Fons.1. Gratiarūactio.1. Hæresis.21.114.140. Illuminatio. 8.9. Imago.38. In.12.13. Infernus.1. Iustitia.13.15.67. Iustificatio.3 9.11.&c.16.&c.25.&c.32.36.49. Lex.75.102.124.129.140. 141.142. Matrimonium.10.24.66.67. Missio.6.22.29.31.&c. 38.39.41. Mors.37.

72 Homo dat gratiam, non interius influendo, sed exterius exhortando ad ea quæ sunt gratiæ. 3a.q.8.6.2m./. Ro.lec.5.fin K. * Nomen.14.36. Nox.2. Oratio.50. Peccatū.339.355.364. Pœnitentia.36.102.126.136. Pharao.

73 Deus dat gratiam, dignis tātum, quos per gratiam facit dignos. 12ᵉ.q.114.5.2m./. Veri.q.28.9.7m. * Prædestinatio.1.2. 2.3.4.9.15.22.24.25.29.49. Prope.2. Religio.43. Reprobatio. 3. Resurrectio.54. Saluari.6. Satisfactio.15.16.22.

74 Hæresis. Pelagianorum, q gratia datur propter merita præcedentia. Con.3.c°.149.fi./. Veri.q.29.6.c./.Ro.8.lec.6.me°. K./.c°.9.lec.2.m°. A./.lec.3.prin°.G./.2ᵉ.Thi.2.fi.D. * Schisma.7. Temporale.1. Thurificatio.2. Verbum.76. Virtus.84.

75 Datum pro meritis, dicitur quandoque gratia, quia principium eius est gratia, & ultra merita. Opusc.3.c°.222. * Vita. 12.13.23.

76 Deus dat gratiam indignis negatiue, & non autem dispositiue, id est resistentibus gratiæ. 3.d.27.4 4m. * Vocatio.1.3.

77 Origo gratiæ, & charitatis, est per nouam infusionem, sed augmētum earum, est per hoc, q actus earum infusus, educitur de imperfecto ad perfectum, sicut augentur qualitates natu-

tes naturales. 1.d.17.quæ.22.c.fi. Charitas.69.75.85. *Christus.77.

78 Gratia sicut tripliciter exit in esse, sic & tripliciter desinit esse, scilicet modo quasi supernaturali, modo quasi uoluntario, & modo quasi naturali. Opusc.61.c°.16.

79 Gratia procedit a deo, tamquam imago ab artifice, tamquã radius a sole, & tamquam riuulus a fonte. Opusc.60.c°.1.

80 Gratia nõ habet terminum, vltra quẽ non possit progredi, & augeri 4.d.4.q.2.ar.2.q.2.2m./.ar.3.q.2.c.

81 Deus nõ facit continue nouam gratiam, sed conseruat gratiam datam, sine innouatione. Quol.4.q.6.o./ Opu.9.q.38.

82 Deus aufert gratiam ab eo, qui per negligentiam non vtitur gratia ei data. Psal.38.me°.a.C.

83 Omnis gratia, & donum dei, est a tota trinitate. Psalm.41. prin°.a.K.

84 Flumen significat gratiam spiritus sancti tripliciter. Primo propter abundantiam. Secundo quia de fonte. s. patre, & filio est. Tertio quia mouet cor ad opus. Psalm.45. princip°.c.

85 Christus secundum, quòd homo, disposuit totum genus humanum ad gratiam tripliciter. Primo, per operationem nostram credendo Christum esse deum, & hominẽ. Secundo per operationem eius, satisfaciendo, merendo, & orando. Tertio affinitate eius ad nos, quia ex hoc quòd incarnatus est humana natura ẽ magis deo accepta 3.d.13.q.2.1.3m

86 Gratiæ gratis datæ, non sunt habitus: alias si essent habit⁹ propheta quando uellet per donum prophetiæ reuelationẽ haberet, qđ falsum est, sed sunt motus a spiritu sancto. Nõ tamen semper, quia sine gratia gratumfaciente non potest recte a mortalibus vita duci, secundum Augustinum, secũdum quòd li recte, importat rectitudinem ad finem vltimũ pertingentem. Potest tamen etiam sine ea recte aliquid agi rectitudine quam habet actus ex materia, & circunstantiis a fine debito, sed non sine gratia, quæ dicitur gratuita dei uoluntas 4.d.17.q.1.ar.2.q.2.3m./.Quol.12.27.1m.

87 Voluntas nostra, est pedissequa respectu gratiæ gratuitæ, & respectu gratię gratum facientis, & non præuia, nec causa. 4.d.17.q.1.ar.2.q.2.2m.

Sacra. 88 Humanitas Christi, ministri ecclesiæ, & sacramẽta, sunt causæ gratiæ instrumentaliter tantum 12ę.q.112.1.1m./2m./3a.q.88.1.1m./.6.2m./.q.62.1.o/.5.c./.q.64.1.o./.1.d.14.q.3.1m./.d.15.q.5.ar.1.q.1.2m./.3.d.13.q.2.1.1m./.4.d.1.q.1.ar.4.q.1.o./.d.14.q.2.4.o./.d.18.q.1.ar.3.q.1.c./.Ve q.27.3.5m./.6m./.4.o./.Ro.lec.5.fi.K. *Adam 86. Baptismus 98.115.153.164.&c 176.179.205.217.229.231.244. Character 7. Circuncisio 34.&c.43. Clauis.3.

89 Minister impartitur gratiam dupliciter. s. per sacramenta, & exhortando. Opusc.22.c° 2./.Ro.lec.5.fi K.

90 Sacramenta, & sacerdos veteris legis, ostendebant gratiam dei, ut futuram, & nihil ad eam operabãtur. Sed in lege noua ostendunt eam, vt præsentem, & ad eam operantur dispositiuæ, & instrumentaliter tantum 4.d.18.q.1.ar.3.q.1.1m. * Confessio 5.15.56.&c. Confessor 5.6. Cõfirmatio 26.49.&c. Culpa 3.4. Electio 27.30.

Dum 671m 91 Oppositum videtur dicere a simili 4.d.1.q.2 ar.4.q.2.c. Resp°. sicut Dub°.342°343°.344°.

92 Sacramenta efficiunt gratiam pertingendo ad dispositionẽ gratiæ, non autem ad essentiam eius 4.d.1.q.1.ar.4.q.1.o./.d.18.q.1.ar.3.q.1.o.

93 Deus quantum est in se, paratus est dare omnibus gratiam. Ideo illi soli priuantur gratia, qui in se prestant impedimẽtum gratiæ. Ʒ.3.c°.159.fi.

94 Carentia gratiæ imputatur homini, quia per liberum arbitrium potest prestare, & nõ præstare impedimentum gratiæ. Con.3.cap°.159./.160.

Du.682. 95 Oppositum videtur dicere 22ę.4.2.9.1m./.3.d.30.3.5m./.4.1m./.Ver.q.29.6.c.Resp°.Dub°.671.

96 Omnia sacramenta nouæ legis causant gratiam, non autẽ veteris 12ę.q.100.2.3.c./.q.103.2.c/.q.110.12.c./.22ę.q.100.2.3.c./.3a.q.61.4.2m./.q.62.1.6.o./.q.63.1.3m./.q.66.2.c.1m./.q.72.5.3m./.q.87 2.2m./.3.c./.1.d.3.q.1.ar.1.q.1.2m/.d.5.q.2.ar.1.q.2.c./.d.16.1.3m./.3.d.9.q.1.ar.3.q.3.1m./.d.40.3.o./.4.d.1.q.1.ar.1.q.1.o./.ar.2.q.5.2m./.ar.4.q.1.o./.ar.5.q.1.o./.q.2.ar.5.q.1.c./.q.2.c./.d.2.L./.d.7.q.2.ar.2.q.1.c/.d.12.q.2.ar.1.q.1.c./.d.14.q.2.ar.1.q.1.c./.a.4 c./.Ʒ.4.c°.57./.74./Ver.q.27.3.20m./ 4.o./.Ma.q.7.11.14m./.12.c./.Quol.4.10 c/.Quol.12.15.o./.Io.11.lec.6.fi.f.E./.Ro.6.lec.3.me°.I./.Galat.lec.1.fi.C./.c°.2.lec.4.fi.I./ He.3.lec.3 me°.I.

97 Sacramenta ex secunda sanctificatione.i.ex vsu eorum habent, ꝙ causent gratiam, non autem ex prima 3a.q.62.4.3m./.4.d.7.q.1.ar.3.q.3.1m.

98 Immo hoc habent ex prima, idest ex institutione 3a.q.66.2.c. Resp°.Dub°.683°. Dum.683.

99 Virtus productiua gratiæ, datur complete sacramentis, in usu eorum: sed incomplete, in institutione eorum 4.d.1.q.1.ar.4.q.2.2m * Episcopus 12. Eucharistia 24.25.46.258.264.269.&c.

100 Nec in aliquo gradu boni, nisi reducti ue ad maxima bona, in quibus est gratia, quæ est complementum virtutis, quasi finis eius 4.d.1.q.1.ar.4.q.2.3m. * Exorcismus 13. Fons 1. Hæresis 21.

101 Gratia est in sacramentis intentionaliter, ut in signo, & causa instrumentali, non autem vt in subiecto 1a.q.43.6.4m./.3a.q.62.3.o./.q.72.3.3m./1.d.15.q.5.ar.1.q.1.2m/.4.d.1.q.1 ar.4.q.4.o./.Ver.q.27.4.4m./.7.o.

102 Signum sacramentale in pœnitentia, non causat gratiam sicut in alis sacramentis, quia non datur ab exteriori. Ideo non repræsentat agens extrinsecum, sicut in illis 12ę.q.103 2 c./.4.d.5.q.2.ar.1.q.2.c./.d.7.q.1.ar.1.q.1.2m./.d.12.q.2.ar.1.q.1.c./.d.17.q.3.ar.1.q.1.1m./.ar.3.q.1.c./.ar.5.q.1.c./.d.18.q.1.ar.3.q.1.o./ d.22.q.2.ar.1.q.1.2m./.3m.

103 Gratia in sacramentis, nõ est corporea, nec incorporea. Ve.q.27.4.5m. *Lex 102.124.139.140.141.142.

104 Virtus causandi gratiam, est in sacramentis intentionaliter vt in subiecto 3a.q.62.4.o./.q.63.3.c./.q.65.3.c./.q.73.1.2m./3m./.q.78.4.o./.4.d.1.q.1.ar.4.q 2.o./.q.4.1m./.d.7.q.1.art.3.q.1.2m./.d.8.q.2.3.o./.d 43.ar.2.q.2.3m./.Verit.qu.27.4.4m./.Quol.12.15.o. * Manus 3 Matrimonium 66.67.68. Misericord a 30.

105 Hæc virtus est in multis, tanquam in vno subiecto, scilicet in materia, & forma 3a.quæst.62.4.4m./.quæst.82.1.1m./.4.distinct.1.quęst.1.ar.4.q.2.5m. * Ordo 66.&c.71.76.&c. Peccatum 5 6.147.374. Pœnitentia 11.15.30.102.103.126.134.&c.

106 Hæc virtus non est in prædicamento per se, sed reducitur ad genus qualitatis 3a.q.62.4.2m/.q.63.2.c./.4 d.1.q.1.art.4 quæstio.2.1m./.3m./. * Sacerdos 12.32. Sacramentale.

107 Gratia sacramentalis, est species gratiæ communiter sumptę. Ideo non dicitur equiuoce 3a.q.62.2.3m.

108 Gratia sacramentalis, addit supra gratiam communiter dictam, & supra virtutes, & dona, quoddam auxilium dei ad habendum sacramenti finem, sicut virtutes, & dona, supra gratiam addunt perfectiones potentiarum 3a.quæst.62 2.c./.q.72.7.2m.

109 Gratia sacramentalis, potest dici dupliciter. s. proprius, & principalis effectus sacramenti, & gratia gratum faciens, cõsequens per connexionem proprium effectum 4.dist.7.qu.2.ar.2.qu.3.c.

110 Gratiæ sacramentales, non sunt connexæ, quia licet non possint esse sine gratia communi, tamenbene est econuerso 4.d.1.q.1.ar.4.q.5.c./.d.7.q.2.ar.2.q.2.2m./.q.3.o. * Sacramentum 6.13.31.56.79.93.98.99.111.112.113.143.144.146.154.

111 Gratia quam sacramentum directe continet, differt a gratia quæ est in virtutibus, & donis, licet etiam hanc per quãdam continuationem contineat 3a.q.72.7.3m./.4.d.7.q.2.ar.2.q.2.2m./.q.3.c./.d.17.q.1 ar.4 q.5.o./.q.3.ar 2.q.2.3m./.Ver q.27.5.12m.

112 Gratia confirmationis, & baptismi, vt est proprius, & principalis effectus sacramenti, est eadem numero essentialiter. Sed ut gratia gratum faciens, differt specie 4.d.7.q.2.ar 2.q.2.c./.1m./.q.3.c. * Sacrificium 13. Satisfactio 15.16.22.

113 Gratia baptismalis, ex essentia animæ deriuatur ad intellectum, ad recte, & perfecte credendũ Sed gratia confirmationis magis pertinet ad irascibilem 4 d.7.q.2.ar.2.quæ.2.1m. * Suffragia 4. Vnctio 13.14.15.22.30.

114 Peccatum inquantum continet inordinationem actus, opponitur gratiæ communi. Sed inquantum vulnerat, opponitur gratiæ sacramentali 4.d 1.q.1.ar.4.q.5.2m.

115 Gratia sacramentalis est ad duo. s. ad tollendum peccata, & ad perficiendum animum ad cultum diuinum, secundum religionẽ christianæ vitæ 3a.q.62.5.c./.q.63.1.6.c./.q.65.1.c. * Abraham 20. Accedere 3. Adoptio 2.14.&c. Effectus.

116 Gratia sacramentalis, principaliter perficit remouendo defectus peccatorũ sed gratia cõmunis principaliter perficit inclinãdo ad bonũ 4.d.7.q.2.ar.2.q 2.2m. * Amor 161.191.192. Apostoli 1.10. * Assimilatio 6.7. Assumere 40.52. Beatitudo 116. Beneficiũ 3.5.12.16. Blasphemia 22. Charitas 57. Coactio 9. Cognitio 5. Confirmatio 25.&c.49.&c. Coniunctio 1 2.3.4. Consecratio 7.

117 A gratia gratum faciente, effluit aliquid ad reparandum defectus, qui ex peccato inciderunt, scilicet gratia sacramentalis. 3.d.26.6.5m./.4.d.1.q.1.ar.4.q.5.c. * Contritio 29. Corona 6. Credere 3.10. Damnatio 2.3. Dæmon 11.

118 Gratia virtutũ & donorum sufficienter perficit essentiam, & potẽtias animæ, quo ad generalem ordinationem actuũ, sed gratia sacramentalis, quo ad aliquos speciales defectus. 3a.q.62.2.1m.

119 Gratia sacramentalis, excludit peccata præterita, sed virtutes, & dona sufficienter excludunt peccata præsentia, & futura 3a.q.62.2.2m. * Deus 193.194.196.198.205. Dispositio 25. Dominium 16. Electio 27.

120 Gratia, & virtutes sanant animam formaliter, sed sacramenta effectiue 12ę.q.110.2.1m./.4.d.1.q.1.ar.2.q.1.1m./.d.5.q.1.2.3m. * Euangelium 1.5. Eucharistia 46. Excæcatio 1. Experientia 10.&c. Fides 9.71.84.109.

121 Gratia gratum faciens, inquantum animam sanat, iustificat & gratum deo facit, dicitur gratia operans, Sed respectu operis meritorii dicitur gratia cooperans 12ę.q.111.2.c./.3a q.86.4.2m./.Ver.q.27.5.1m. * Filiatio 33.&c.

122 A gratia gratum faciente, fluunt virtutes, & dona, ad perficiendũ potẽtias aĩæ 1a.q.1.8.2m./.q.2.2.1m./.12ę.q.110.3.c./.4.1m./.3a.q.7.2.c./.q.62.2.c./.q.89.1.c./.4.9.1.q.1.ar.4.q.5.c.d.7.q.2.ar.2.q.3.c./.d.17.q.1.ar.1.q.1.3m. *Fortitudo 44 Hæresis 69.70. Honor 26. Hieremias 2. Illuminatio 8. Imago 38. Inditum.

123 Gratiæ gratis datæ, ordinantũr ad manifestationem fidei, & doctrinæ spiritualis 3a.q.77.c./.1m. * Industria.

124 Gratum faciens, ordinat hominem immediate ad coniunctionem vltimi finis. Ideo est multo excellentior, quàm gratis data, quia ordinat ad quædam præparatoria ultimi finis 12ę.q.111.5.o. * Iudicium 57.

125 Sicut gratia gratum faciens ordinantur ad actus meritorios, sic gratia gratis data ad exteriores 3a.q.7.7.1m. * Iustitia 5.6.12. Iustificatio 3.14.15.17.23. Lex 124.139.&c. Liber 22.23.26.27. Liberum 13.14.15.

126 Gratiæ gratis datæ, dantur ad vtilitatem aliorum, sed gratia gratum faciens datur ad utilitatẽ propriam 11ę.q.111.1.4.c./.22ę.q.176.1.1m./.q.177.1.c./.3m./.4m./.1.d.18.L.prı°./.Ro.lec.3.prin°.E./.c°.12.lec 2.prin°.A.

127 Effectus gratiæ quintuplex, scilicet sanitas animæ, velle bonum, efficaciter operari, perseuerantia in bono, & perueniendo ad gloriam 12ę q.111.3.c. * Lingua 7.8. Lumen 20. Magnanimitas 25. Manus 3. Matrimonium 68.

128 Effectus gratiæ triplex per ordinem, scilicet esse diuinũ, meritum, & præmium 2.d.26.3.o./.4.2m./.3m./.5.c./.d.27.5.3m./.Ver.q.27.5.6m./.Virt.q.2.21.5m. * Mors.6. Mutuum 3.

129 Gratia est primum inter dei dona, & principium omnium bonorum. Ro lec.4.fin.E./.2ę.Cor.lect.1.fin.H./.Titum, lect.1.fin.

130 Gratia est principium omnis boni. Colosc.lec.1.fi./.1ę.The.lect.1.prin°.E./.2ę.Thesc.lec.1.prin°.

131 Effectus principalis gratiæ, est dilectio dei. Con.3.c°.151./.Opusc.3.c°.157. * Operatio 48.&c. Patientia 8.

132 Gratia non habet ordinem ad actum, nisi mediante charitate. Ver.q.13.5.13m. * Pax 28. Peccatum 177.267.

133 Gratia non tollit naturam, sed perficit 1a.q.1.8.2m./.q 2.2.1m. * Pœnitentia 15.30.100.103.105.122.126.

134 Gratia duo principaliter facit in anima. Primo perficit formaliter ad esse spirituale. Secundo perficit ad opus 12ę.q.111.2.c.fi./.3.dist.13.q.1.1.c./.Ver.quæst.27.1.3m./.2.7m./.5.17m./.6.o.

135 Gratia facit similem deo, non semper de dissimili, sed de nõ simili, nec priori tempore, sed natura 3.distinct.13.quæst.1.1.2m.

136 Gratia est principium spiritualis vitæ 4.d.4.q.1.ar.3.q.1.c./.Gal.lec.1.me°.A.

137 Omne donum gratiæ, eleuat hominem ad aliquid supra naturam humanam quo ad substantiam actus, vt miracula facere, & præuidere futura, vel quo ad modum, ut diligere, & cognoscere deum. Ad secundos datur donum gratiæ habitualem, non autem ad primos 22ę.quæstio.171.2.3m. * Præceptum 93.94.

138 Quod semel gratia facit, perpetuo manet 3a.quesc.88.1.4m. * Prædestinatio 1.3.4.9.15.22.24.25.29.46.49.51.

139 Non omnia beneficia dei, dicuntur gratiæ gratis datæ, sed tantum quæ sunt supra facultatem naturę supra meritum personę, nõ pro se, sed pro aliis 12ę.q.111.1.c./.2m./.4.1m./22ę q.172 4.c./.q.177.1.o./.q.178.1.c. * Puer 8.

140 Gratia eleuat hominem ad vitam, quæ est supra conditionem omnis creatæ naturę 12ę.q.110.1.c./.4.d.5.q.1.ar.3.q.1.c./.Ver.q.27.3.c.

141 Gratia viæ, est æqualis gratiæ gloriæ in virtute, non autem in actu 12ę.q.114.3.3m./.3.d.1.2.5m./.4.d.14.q.1.arti.2.q.1.4m./.ar.4.q.1.1m.

142 Minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & mæreri vitam eternam 3a.q.62.6.3m./.q.70.4.c./.3.d.31.q.1.3.o./.Virt.q.2.10.4m. * Rectitudo 5. Resistere 1. Resurrectio 50.

143 Oppositum videtur dicere a simili 3.d.31.q.1.3 2m. Respõdeo dubio 684°. Dum.684m

144 Quilibet existens in gratia, ex hoc dignus est uita æterna 1a.q.24.3.c./.12ę.q.113.2.2m./.9.c./.q.114.3.o./.3a.q.62.6.3m/.2.d.26.6.c.fi./.4.d.1.q.2.ar.4.q.3.c./.d.9.ar.1.q.2.c./.d.14.q.1.ar.4.q.1.1m./.Ver.q.27.1.c./.5m./.5.c./.q.28.2.6m./.Virt.q.2.2.c./.6.b.2./.13.c. * Reuelatio 10.&c. Sanctificatio 9.15.

145 Gratia est sufficiens causa gloriæ. Ideo omne illud sine quo potest haberi gratia, non est de necessitate salutis 4.d.9.ar.1 q.2.c. * Sanitas 7.8. Satisfactio 15.16.22. Scientia 161. Sermo 2.3. Similitudo 10.

146 Vltimus effectus positiuus gratię, est peruenire ad gloriam 3a.q.62.6.3m./.q.70.4.c./.q.72.7.1m.

147 Gratia gratũ faciens ad hoc principaliter datur, ut anima hominis deo per charitatem coniungatur. Ideo quicquid potest esse sine vno potest esse sine alio 22ę quæst.172.4.c. Charitas 137.

148 Effectus gratię operantis, est prior quàm effectus gratię cooperantis 3a.q.86.4.2m. * Spes 22.39.41.

149 Gratia est similitudo dei operans in virtute misericordiæ dei infinitæ 3a.q.2.10.1m./.q.3.4.3m./.4.d.14.q.2.ar.1.q.1.4m * Temptare 7. Testamẽtum 7. Theologia 23. Thurificatio 2. Virginitas 6. Virtus 120.136.244.256.

150 Lumen gratię, intellectum dirigit, & affectum mouet 4.d.18.q.1.ar.2.q.1.2m * Vita 12.13.23. Vsura 10.50.51.53.56.61.62.69.70.72.76.95.107.124 134.135.182.183.214.226.290. Vti 11.19 Christus 60.72.

151 Gratia dei, causat in nobis fidem, & spem. Cont.3.capit°.152./.153.

152 Per gratiam gratum facientem, tota trinitas inhabitat mentem 1a.q.43.3.o./.4.2m./.5.c./.1.d.15.q.2.4m./.Con.4.c°18.fi./.Ver.q.27.2.3m.

153 Gratia non immobilitat in bono, ne quis possit peccare, nisi sit perfecta. s. coniungens fini 1a.q.62.4.2m./.12ę.q.106.2.2m./.2.d.4.3.5m./.d.20.q.3.5m./.Ʒ.3.c°.155./.Li°.4.ca°.69. Impeccabilis 2. * Adam 60.61. Adoptio 2.14.&cet. Anima 299.&c. Annihilatio 15. Apostoli 5.10.20.31. Assimilatio 6.7. Assumere 34.60. Baptismus 168. Confessio.16. Contritio E. Peccatum.

154 Gratia non infunditur in habentibus usum liberi arbitrii, sine actuali motu liberi arbitrii in deum, & in peccatũ 3a.q.87.2.c. * Experientia 6.10.&c. Hæbetudo 2. Hęresis 69.70.114. Indulgentia 27.

155 Gratia nunquam amittitur sine culpa, & illud quod ex gratia dei conceditur, nunquam absque culpa reuocatur 3a.q.50.2.c. Peccatũ 5.

156 Vna gratia potest perficere omnes potentias, non autem una culpa inficere. Ver.q.27.5.9m. Habitus 55.

157 Gratia est quodammodo infinita, cum sufficiat ad merendum premium infinitum, & per quam satisfactio proportionatur culpæ infinitæ, inquantum est offensa dei 12ę.q.114.3.3m./.3.dist.1.q.1.2.5m./.4.d.14.q.1.artic.4.quæ.1.1m./.q.2.ar.1.q.1.4m.

158 Gratiæ conuenit per se facere iustum, per accidens autem de impio facere iustum 4.distinct.49.quæ.4.1.3m. *Maria 16.&c.56.

159 Primus effectus gratię gratum facientis, est remissio peccatorum 3a.quæst.72.7.1m./.Gal.lect.1.med°.A. * Peccabilis. Peccatum 5.6.169.177.180.189 259.268.338.339.355.374 437. Pœna 25.41.86. Pœnitentia 11.15.30.126. Pharao.

160 Nulla culpa potest remitti, sine gratia 3a.q.62.6.3m./.q.70.4.c./.q.86.3 c./.q.87.4.o./.q.89.1.c./.2.d.20.q.2.3.5m./.4.d.7.q.2.ar.2.q.1.c./.d.16.q.2.ar.1.q.3.o./.ar.2.q.1.c./.d.17.q.1.ar.3.q.1.o./.d.43.ar.2.q.1.c./.Con.3.c°.157./.Li°.4.c°.71./.Veri.q.28.2.o./.Opusc.3.c°.45./.Isa.1.me°.I./.Rom.4.Lec.2.fin.Titum.3.lec.1.fi.H.

161 Minima gratia baptismalis, sufficit ad delendũ omnia peccata 3a.q.62.6.3m./.q.69.8.1m./.q.70.4.c./.2.d.29.3.3m./.4.d.17.q.3.ar.1.q.1.1m./.d.22.q.1.ar.3.q.1.1m. * Purgatio 1. Religio 43. Resistere 1. Sacerdos 12.

162 Remissio culpæ, & pœnæ ęternæ, est effectus gratię operantis, sed remissio pœnæ temporalis, est effectus gratiæ cooperantis 3a.quæst.86.4.2m./.6.1m./.q.88.1.4m. * Sacramẽtum 30.31.77.91.98.108.&c.127.&cet. Sacrificium 34. Satis-

Satisfactio 12, 16. 47.

163 Ad remissionem uenialium, non requiritur noua infusio gratiæ 3ª.q.65.1.8ᵐ./.q.87.2.o./.3.o./.4.2ᵐ./.4.d.16.q.2.ar.2. q.1.o./.Ma.q.7.11.c./.14ᵐ./.12.c.1ᵐ.

164 Sed requiritur ad remissionem mortalium 3ª. q.87.2.3ᵐ.

165 In omni infusione gratiæ, remittuntur uenialia, quo ad cupam, niſi ſit impedimentum, non autem ſemper quo ad pœnam 3ª.q.87.2.3.o.

Neceſſitas. 166 Gratia eſt efficaciſſimum remedium ad vitandum peccatũ 4.d.20.ar.2.q.3.c./.ar.3.q.1.-ᵐ.

167 Homo exiſtens in gratia poteſt vitare omnia, & ſingula peccata mortalia, & ſingula uenialia, non autem omnia 12ℰ. q.74.3.2ᵐ./.q.109.8.o./.22ℰ.q.158,2.3ᵐ.3ª q.87.1.1ᵐ./. 2. d. 24.q.3.2.4ᵐ./.d.28.8.2.c/.2ᵐ./.a.41.q.2.1.6ᵐ./.3.diſt.31.q.1.3. 4ᵐ./.4.d.12.Lu.fi./.d.13.q.2.3 4ᵐ./.d.16.q.2.ar.1.q.2.2ᵐ./. ar. 2.q.3.2.2ᵐ./ d.38.q.2.ar.2.q.1.1ᵐ./.Ver.q.22.5.7ᵐ./.q.24.12.c. 1ᵐ./.13.o./.Ma.q.7,28ᵐ./.1ℰ.Cor.12.lec.1.fi. G./. Gal.5.lec. 4.F./.He.10.lec.3.prinº.K.

168 Hæreſis Pelagianorum, quòd homo poteſt per liberum arbitrium, ſine gratia, perſeuerare in bono, & reſurgere a peccatis, & uitare peccata 2ª.d.28.2.c.fi./.d.30.L.prinº./.3.cº, 155./.157./.106.fi./. Ver.q.24.12.c./.Matth.6.meº.c.F.

169 Homo indiget auxilio dei ad cognitionem cuiuſcunque veri, non autem gratia habituali, ſed tantum ad cognitionem ſupernaturalem 12ℰ.q.109,1.o./.2.3ᵐ./.2.diſt. 28. 5.o. * Adam 5.23.69.&c.Amor 40.41.Aſſimilatio 6.7.

170 Homo poteſt ſcire ſe habere gratiam per reuelationem, & conecturaliter per aliqua ſigna, non autem per ſeipſum, & certitudinaliter 12ℰ.q.112.5.o./.1.d.16,1.5ᵐ./.4.d.21.q.2. 2.c. * Beatitudo 88.&c.116.Character 21.Ceſſare 4.

171 Expedit quandoque præſentiam dei in nobis per gratiam ignorare propter tria, ſcilicet ut timor diuini iudicii nos humiliet, ne præſumpta ſecuritas nos præcipitet, & vigilan ter, & deſideranter gratiam dei expetamus 12ℰ. q. 112.5.c /.Opuſ.60.cº.20.o. * Coactio 9.Cognitio 5.6.7.Coniũctio 1.2 3.4.Contritio 13.16.

172 Homo poteſt bene, & male facere, ſine gratia habituali, nõ autem mereri. Neutrum vero poteſt ſine auxilio Dei 1ª. q.62.4.c./.12ℰ.q.109,2,5.o./.6.c./.q.114.2.o./.22ℰ.q.10.4.c./ q.83.1.5.1ᵐ./.1.d.14.2.o./.2.d.24.q.1.4.o./.d.26.5.o./.d.28. 1.o./.d.29,1.o./.d.39.L./.4.d.17.q.1.ar.2.q.2.1ᵐ./.3ᵐ./.ℨ. 3. cº.147./.150./.Ver.q.24.1.2ᵐ./.6ᵐ./.9ᵐ./.4.8ᵐ./.14.o./.q.26.6 12ᵐ./.Quol.1.7.c./.Quol.5.2.o./.1ℰ.Cor.12.lec.1.fin.G./.&c. * Conuerſio 1.2.8.

173 Gratia gratum faciens, eſt neceſſaria ad diſpenſandum, vel recipiendum ſacramenta digne 4.d.24.q.1.ar.2.q.1.o./.ar.3. q.1.o. * Experientia 6.10.&c.Fides 71. Flumen 1. Induſtria.Infideles 8.Iuſtitia 67.Lex.140. &c. Libertas 8. 9. Patientia 8.Vas 28.

174 Homo ſine auxilio dei gratuito, non poteſt ſe ad gratiam præparare 1ª.q.62.2.o./.12ℰ.q.109 6.o./ℨ.4.cº.72./. Ver. q. 24.1.5.o./.Quol.1.7.o./.He.12.lec.3.meº.D.L.up.62.

Duᵐ.685.175 Immo homo magnanimus nullo indiget 22ℰ.q. 129. 6.1ᵐ. Reſpº. ſicut Dubº.679º.

176 Homo poteſt ſe præparare ad gratiam ſine alia gratia habituali, non autem ſine auxilio dei 1ª.q.62.2.3ᵐ./.12ℰ. q.109. 6.o./.2.d.5 q.2.1.o./.d.28.4.o./.Ve.q.24.1.2ᵐ./.15.o./. Quol. 1.7.o./.He.12.lec.3.meº.E.

177 Homo poſt peccatum non magis indiget gratia dei, quàm ante, ſed ad plura, ſcilicet ad ſanandum, & merendũ. 1ª. q.95.4.1ᵐ./.12ª.q.107.2.c./.q.109.2.3.4.c./.3ª.q.61.2.1.1ᵐ./. 2.d.29.3.3ᵐ./.Ver.q.27.5.3ᵐ./.Ma.q.3.1.9ᵐ.

178 Homo in ſtatu naturæ, integræ poterat ſine gratia habituali, uitare omnia, & ſingula peccata mortalia, & venialia, non autem ſine auxilio dei 12ℰ.q.109 8.c /. Ver.q.27.5.3ᵐ. * Præceptum 93.94.Prælatio 19.Propheria 3. 19.

Duᵐ.686.179 Immo ex ſolo libero arbitrio hoc poterat 2.d 5.q.2.1.o./.d. 28.4.o. Reſpº.ſicut Dubº.689.

180 Hõ in gratia exiſtens, poteſt perſeuerare ſine alia gratia habituali, nõ autem ſine auxilio dei 12ℰ.q.109,9.1.o.o./.q.114 2.c/.22ℰ.q.137.4.o./.2.d.29.L.prinº./.Con.3.cº.155./. Ver. quæſt.24.13.o./.quæſt.27.5.3ᵐ./.Pſalm. 31. fin. g.F./.Ioan. lec.6.meº.c.K.

181 Homo exiſtens ſine gratia, & in peccato mortali non poteſt diu perſiſtere, quin ruat in aliud peccatum mortale 12ℰ.q. 109.8.o./.Con.3.cº.60./.1ℰ.Cor.12.lec.1.fin.G./.Heb.10.lc. 3.principº.k.

Duᵐ.687.183 Immo exiſtens in peccato mortali, poteſt per liberum arbi trium ſine gratia habituali, uitare omnia, & ſingula peccata mortalia, non autem ſine auxilio dei, 2 d.20.q.2. 3. 1ᵐ./. d.28.2.o. Reſpº.Dubº.687.

183 Homo ſine gratia poteſt vitare ſingula peccata mortalia, 2

non autem omnia 12ℰ.q.63.2.2ᵐ./.q.109.8.o./.ℨ.3.cº.160. /.Ver.q.22.5.7ᵐ./.q.24.1.1.0ᵐ./.12ᵐ./.12.o./.1ℰ. Cor.12./g.1. fi.F./.He.10 lec.1.prinº.k.

184 Immo per peccatum homo incurrit neceſſitatem peccandi uenialiter, non autem mortaliter 2.d.29.q.2.3. 5ᵐ./.d.28.3. o. Reſpº.Dubº.688º. * Rectitudo 5. Duᵐ.688

185 Quædam ſunt peccata mortalia, quæ homo ſine gratia nullo modo vitare poteſt, ſcilicet quę directe opponuntur uirtutibus theologicis 12ℰ.q.63.2.2ᵐ.

186 Immo ex ſolo libero arbitrio ea vitare poteſt 2.d.5.q.2.1.o./ d.28.4.o. Reſpº.Dubº. 689. Duᵐ.689

187 Homo non poteſt reſurgere a peccato ſine auxilio Dei, & gratia habituali 12ℰ.q.109 7.o./.q.113.2.o./.q.114.2.c./.22ℰ quæ. 137.5.3ᵐ./.3ª.q.86.3.c./.2.d.20.q.2.2.5ᵐ./.d. 28. 2.c./. Con.3.cº.157./.Lib⁰.4.cº.172.prinº./.Ver.q.22.5.7ᵐ./.q.24 1.10ᵐ./.12ᵐ./.4.5ᵐ./.12.34ᵐ./.q.28.2.o. * Reſiſtere 1.Reuelatio 7.10.&c.Sacramentum 56.Saluari 6.9.10.

188 Homo in gratia exiſtens, indiget auxilio dei mouente ad rectè agendum, non autem alia gratia habituali 12ℰ, q. 109. 9.o./.Pſal 45.meº.d.K.

¶ Gratianus.Hæreſis 80.115.

1 ¶ Gratiarvm actio reſpicit gratiam dantis. Ideo ubi eſt ma Cui. ior gratia dantis, ibi debet eſſe maior gratiarum actio recipientis 22ℰ,q.106.2.c. * Beatus 36.45. Benefacere 5. Beneficium 1.3.5.12.Confeſſio 1.Donum 41.

2 Gratiarum actio debetur dationi gratuitę, quę proprie eſt donatio, non autem dationi debitę 4, diſtinct. 22. quæſtio.1. ar.2. quæſt.1.c.

3 Gratiarumactio non debetur tantum danti, ſed etiam promittenti 22ℰ.q.88.5.2ᵐ./.6.c. * Gratificatio Gratitudo 0. Duᵐ.694

4 Gratiarumactio debet fieri deo tripliciter, ſcilicet ore, ideſt laudando, & prædicando toto corde, & opere. Pſal.9. prº 2. G. * Ingratitudo 1.3.5.&c.Miſſa 5.26.Holocauſtum 4.Oratio 10.23.87.Pœnitentia 36,Pſallere 1.Sacrificium 38. Status 13.

5 Gratiarumactio debet eſſe ordinata ad deum aſſidua, & vniuerſalis 1ℰ. Theſſ.lec.1.prinº.C.Oratio 10.23.87. * Vuctio 32.Vſura 124.

¶ Gratificatio, ideſt gratiarumactio facta deo, eſt actus religionis 22ℰ.q.106.1ᵐ. * amor 51.Anima 300.Gratus. Quid.

¶ Gratioſus in verbo eſt Chriſtus, & quilibet homo tripliciter, ſcilicet quando loquitur vtiliter ordinate, & ferenter & perſuadet efficaciter. Pſal.44. princº.b. * Dulcedo 1. 21. Gratitudo 0. Operatio 48.

3 Lex est regula & mentura actuum agendorum, vel omittendorum, 12ᵉ.q.90.1.o./.2.c./.3.1ᵐ./.4.c./.q.91.2.c./.q.93.3 c./.q.95.4.c.fi./.q.96.5.c./.q.97.1.c./. Con 3.cº.14.3ᵐ./.5ᵐ./. 115.2ᵐ. *Actus.165.168. Beatus.47. Circunstantia.10.

4 Lex de sui ratione, habet quòd sit regula actuum agẽdorũ, & quòd habeat vim coactiuã.12ᵉ.q.90.3.c./.q.96.5.c./.1ᵐ./. 3ᵐ./.22ᵉ.q.67.1.c./.Ro.2.lec.3.medº I

5 Lex est aliquid rationis, scilicet propositiones vniuersales rationis practicę, consideratę actu vel habitu. 12ᵉ. q.90. 1. o./.q.91.1.c./.q.92.1.c./.q.94.1.c. *Consuetudo.4, 5. Contemptus.1. Doctrina.14. Ebrietas.14. Gula.4. Idea.23. Ius. 2.&c. Peccatum.31.

6 Lex non est aliud, nisi dictamen rationis practicæ, quo actº humani diriguntur.12ᵉ.q.91.1.3.c./.q.92.1.c./.4ᵐ./.2.c./.q. 97.1.c./.Opus.4.cº.2.prinº. *Periculum.9.

7 Lex est quædam rationis ordinatio, ad bonum commune, ab eo qui curam cõitatis habet promulgata.12ᵉ.q.90.4.c.

8 Lex maxime respicit ordinem ad beatitudinem, & proprie ad felicitatem communem.12ᵉ.q.90.2.c.

9 Nullum præceptum habet vim legis, nisi secundum ordinẽ ad bonum commune, ad quod omnis lex ordinatur, vt ad

Le

finem.12ᵉ.q.90.2.o./.3.c./.q.91.5.c./.6.3ᵐ./.q.92.1.c./.q. 93. 1.1ᵐ./ q.95.3 4.c./.q.96.1.3.4.6.c./.q.97.1.c./.q.100.2.c./.11 3ᵐ./.22ᵉ.q.58.5.c./.3ª.q.70.2 2ᵐ./.Con.3.cº.123, * Præceptum.1.&c.61.&c.109.&c.139. &c. Priuilegium. Promulgatio. 0.

10 Lex importat ordinem, ad finem actiue, nõ autem passiue, nisi per accidens, scilicet quando legislator habet finem extra se.12ᵉ.q.91.1.3ᵐ.

11 Lex non imponitur ab aliquo domino, nisi subditis eius. 1deo præcepta cuius libet legis, præsuppopunt subiectionẽ recipiẽtis legem ad dantem legem.22ᵉ.q.16.1.c./.q.22. 1.c. *Sacramentum.86.91

12 Non omnia cõtenta sub lege, obligant ad mortale, quia nõ omnia traduntur per modum præcepti, sed aliqua per modum ordinationis & statuti, & obligant ad certam pœnam. 22ᵉ.q.186.9.2ᵐ. *Status.5.

13 Vlus venerearum, ordinatur ad bonum commune. 1deo suiacet legi, quia bona communia cadunt sub lege. 22ᵉ. q. 154.2.c.fi./.9.3ᵐ.

14 Omne quod est contra legem, vel contra conscientiam, est malum, & peccatum. Quol.8.13.c.

15 Lex quinciplex, scilicet lex æterna, naturalis, diuina, humana, & fomes peccati.12ᵉ.q.91.0./.Ro.8.le.1.meº.C. Fomes.3 Dio.

16 Lex quadruple, sci icet lex naturæ, concupiscentię Moysi, & Christi. Opusc.4.cº.1./.2.prinº./.Rom.8.lec.3.medº.C. *Matrimonium.44.c.

17 Lex triplex, scilicet lex naturalis, lex gentium, & lex positiua.3.d.37.3.c.

18 Lex in sacra scriptura, sumitur quincupliciter, scilicet pro tota biblia, pro quinq; libris Moysi, pro decalogo, pro vno præcepto, & pro omnibus præceptis cerimonialibus. Ro.3. lec.2.fi.G./.cº.5.lec.6.medº.A.

19 Lex in sacra scriptura, sumitur tripliciter, scilicet pro toto veteri testamento, pro pentatheuco, & pro eo cum agiographi, sine prophetis. Io.1.le 6.prinº.c. D./.cº.15.le.5.meº, L.D./.Ro.3.lec.2.fi.G./.cº.5.lec.6.medº.A.

20 Lex est in aliquo dupliciter, scilicet essentialiter & vt in regulante, & participatiue, vt in regulato. Primo modo, est in ratione, secundo modo, est in omni quod ex aliqua lege, in aliquid inclinatur.12ᵉ.q 90.1.1ᵐ./.3.1ᵐ./.q.91.2.6. c.

21 Homo dupliciter inclinatur ad obseruantiam legis, scilicet interius per amorem, vt boni, & exterius per pœnas, vt mali 12ᵉ q.92.1.2ᵐ./.q.95.1.c./.q.98.6.c./.q.107.1.2ᵐ./.22ᵉ. q. 108.1.3ᵐ./.3.c./.3.d.37.1.c./.Con.3.cº.128.fi./Opus4.cº.1. Ro.2.lec.3.medº.1.2ᵉ.Cor.3.lec.3 fi.E./.Gal.3.le 7.prinº.E./ cº.4 lec.2.fin./.cº.5.lec.5. prinº. k. *Peccatum.296. Præceptum.155.

22 Differentia quadruplex hominum circa leges, secundum quatuor gradus dignitatis hominum, scilicet quorum primus est iustorum, quia iusto lex non est posita, quia scilicet exteriori lege non cogitur, sed lex posita est iniustis, qui indigent extemus cogi, & ille est supremus gradus dignitatis in hominibus, vt scilicet non ab alio, sed a seipsis inducantur ad bonum. Secundus vero gradus est eorum qui inducuntur ab alio, sed sine coactione. Tertius autem est eorũ, qui coactione indigent, ad hoc q; boni fiant. Quartus vero est eorum qui nec correctione, nec coactione ad bonum dirigi possunt. Ro.2.le.3.meº.I /.cº.5.le.6.fi.B.

23 Diuersę leges, diuersis imponuntur.12ᵉ.q.91.5.1ᵐ./.6.c./.q. 96 2.c./.q.100.2.c./.q.104.3.2ᵐ./.q.107.1 c./.4.d 34.1.4ᵐ.

24 Esse sub lege dicitur tripliciter, scilicet coactiue, vt mali, per causam, scilicet habens peccatum originale, & per obseruantiam legis, vt Christus.3.d.1.L.meº.B./.Ro.8 le.3.meº.G./. Gal.4.lec.2.fin.

25 Iustus dupliciter non est sub lege, scilicet coactiue, & quantum ad opera spiritus sancti. 12ᵉ.q.93.6.1ᵐ./.q.96.5.1o./.4.d. 15.q.3.ar.2.q.2.1ᵐ./.Con.3 cº.128.fi./.Ro.2.le.3.medº.I 12ᵉ. Cor.3.le.3.fin.E./.Gal.3.lec.7.prinº.E./.cº.4.lec.2.fin./.cº. 5.lec. 5.prinº. k.

26 Actus legis quadruplex, scilicet imperare seu præcipere, vetare seu prohibere, permittere, & punire. Non autem consulere, nec præmiare, quia conueniunt etiam personis priuatis.12ᵉ.q.92.2.o. Finis.35.84. *Actus.165.168. Fides 118. Actus.

27 Proprius effectus legis est, inducere subditos ad propriam eorum virtutem. 1deo lex facit bonos, vel simpliciter, vel bonos secundum quid.12ᵉ.q 92.1.o./.2.4ᵐ./.Con.3.cº.116. 2ᵐ./.3ᵐ./.Ro.1o.le.1.medº.D. *Iustificatio.1. 45. &c. Peccatum.11.45.

28 Lex dirigit intentionem, ostendendo qualis debet esse actus proportionatus fini vltimo.2.d.41.q.1.1.4ᵐ.

29 Quælibet lex inducit, ad obseruantiam præceptorum, per pœnas,

Le

pœnas, & per præmia danda vel per deum, vt lex diuina, vel per homines, vt lex humana.12ᵉ.q.99.6.o./.3.cº.140.1ᵐ. *Prohibitio.o. Vendere.12. Vxor.1.

30 Omnis lex tendit ad amicitiam, vel hominum ad inuicem, vel hominum ad Deum.12ᵉ.q.99.1.2ᵐ./.2.c.

Naturalis. 31 Lex naturalis, est participatio legis æternæ, & impressio diuini luminis, in creatura rationali, qua inclinatur ad debitum actum & finem.12ᵉ.q.91.2.o./.q.96.2.3ᵐ./.q.97.1.1ᵐ./. 4.d 33.q.1.1.c. *Adam.68. Ars.20. Aureola.24. Barbarus.2.

Duᵐ.808.32 Oppositum videtur dicere a simili.3.d.23.ar.2.q.2.2ᵐ./.3ᵐ. Respondeo sicut Duº.3o1º. *Circuncisio.13. Comedere.3.

33 Lex naturalis non est habitus proprie & essentialiter, scilicet quo quis operatur, sed impropriedicitur quod habitus tenetur.12ᵉ.q.94.1.c. *Conceptio.34. [illegible]

34 Illud solum est de lege naturali, quòd ratio naturalis suadet.4.d.17.q.3.ar.1.q.2.c./.Matth.23.meº.b.Ku[illegible]

35 Omnes inclinationes partium humanæ naturæ, vt concupiscibilis & irascibilis, secundum quòd regulantur ratione, pertinent ad legem naturalem. 12ᵉ. q.94.2.2ᵐ./.4ª3ᵐ./.22ᵉ. quæst.108.2.c.

36 Ordo præceptorum legis naturæ, est secundum ordinem inclinationum naturalium, scilicet primo secundum naturã substantiæ, secundo secundum naturam animalis, tertio secundum naturam hominis.12ᵉ.q.94.2.c.

37 Ad præcepta legis naturæ, pertinent omnia quæ ratio practica, naturaliter apprehendi esse bona humana, scilicet omnia ad quæ homo habet naturalem inclinationem. 12ᵉ. q. 94.2.3.c./.4.c./.3ᵐ. *Concubinatus.o. Confessio.24.&c. Cõsanguinitas.2.&c. Conscientia.3.&c.

38 Præcepta sunt multa in lege naturæ, sed reducitur ad vnũ primum, scilicet bonum esse faciendum, & malum esse vitãdum.12ᵉ.q.94.2.o.

39 Præcepta secunda legis naturæ, quæ quasi conclusiones a primis præceptis deriuantur, non habent efficaciam semper, sed frequenter, talis enim est tota materia moralis. Ideo quãdo deficit lex, possunt licite prætermitti, sed cum dispensatione solius Dei.4.d.33.q.1.2.c.

Duᵐ.809.40 Oppositum videtur dicere a simili: 12ᵉ. q.100.8.o./.3.d.37. 4.o. Respondeo sicut Dubio.5189. *Consuetudo.1. Contritio.9. &c.

41 Præcepta legis naturæ, manent eodem modo in lege Moysi, & in lege noua.4.d.17.q.3.ar.1.q.2.2ᵐ. *Cultus.3.

42 Lex naturalis est eadem, apud omnes, quo ad prima principia communia, secundum rectitudinem & notitiam, non autem quo ad alia.12ᵉ.q 94.4.o./.3.d.37.3.c./.4.d.33.q.1.1.1. c./.2.1ᵐ.

43 Lex naturæ est vna omnium, quia præcepta eius sunt communia. Ideo conueniunt tam imperfectis quàm perfectis. Sed lex diuina non est vna, quia præcepta eius sunt particularia.12ᵉ.q.91.5.3ᵐ.

44 Lex naturalis prohibet, opposita omnium virtutum.4.d.33 q.1.4ᵐ. *Debitum 4. Dispensatio.12.&c.

45 Omnes actus virtutum, inquantum sunt virtuosi, sunt de lege naturæ, non autem omnes, secundũ species suas. 12ᵉ. q.94.3.o. *Doctrina.1.3.14.

46 De lege naturæ est, quòd parentes filiis thesaurizent, & q filii hæredes parentum sint.4.d.33.q.2.1.c./ ar.2.q.1. c./.1ᵐ.

47 Lex naturalis non potest dici irrationabilibus, nisi secundum similitudinem. 12ᵉ. q.91.2.3ᵐ./.4.d.33.q.1.1.c. * Fomes.3.Honor.30.

48 Aliquid deriuatur a lege naturæ dupliciter, scilicet vt conclusio ex principiis; & vt determinatio legis, vt lex humana 12ᵉ.q.95.2.o./.q.99 3.2ᵐ./.4.d.15.q.3.ar.1.q.4.c./.ar.2. q.1. c./.Ethi.5.lec.12.prinº.b. *Ieiunium.22. &c. Inditum. Iniusticia.1.

49 Consuetudo præiudicat legi naturæ, quo ad conclusiones, non autem quo ad prima præcepta eius. 4. d. 33. q. 1.1.1ᵐ. Vel consuetudo. 4.

50 Illud quod totaliter tollit finem principalem, est contra prima præcepta legis naturę. Si autem tollit tantum finem secundarium, vel impedit eum, vel finem principalem, est tantum contra secunda præcepta legis naturæ. 4.d.33.q.1.1.c. *Matrimonium.7.&c.135. Obligari.5. Peccatum.11.45.429.

51 Lex naturalis potest mutari, per legem diuinam & humanam, addendo & subtrahendo conclusiones, sed raro, & in aliqua particulari, non autem prima principia eius.12ᵉ. q. 94.4.c./.2ᵐ./.5.o./.q.97.1.1ᵐ./.3.d 37.3.c./.4.d.33.quæst. 1. 1.c./.2.1ᵐ.

52 Legem naturæ lex Dei scripta correxisse dicitur, vel quia, quod illi decrat, suppleuit, vel quia, corruptam eam ex peccatis hominum, & in aliquorum cordibus, ob contrariam

Le

consuetudinem obtenebratam, restaurauit.12ᵉ.q.94.5.1ᵐ./ q.99.2.2ᵐ./.3ª.q.60.5.3ᵐ./.q.61.3.2ᵐ./.3.d.37.1.c./.1ᵐ. *Possessio.5. Præceptum.23.&c. Promulgatio.1.&c. Reuerẽtia.3.

53 Lex naturalis non potest deleri de corde alicuius, quo ad prima principia. & in vniuersali, sed tantum in particulari, vel quo ad conclusiones.12ᵉ.q.94.6.o./.q.99.2.2ᵐ.

54 Omne quod actionem reddit inconuenientem fini, quem naturæ ex aliquo opere intendit, dicitur esse contra legem naturæ.4.d.33 7.1.1.c./.ar.3.q.1.c./. Opusc.73.cº 3. * Sacramentum.41.&c.115.&c.143.&c 150.&c. Sacrificium.7. Sanctificatio.9. Status.11.&c. Votum.68.&c.

55 Cum dicitur q; gentes naturaliter faciunt quæ sunt legis, exponendum est naturaliter, idest per naturam gratia refor matam. Ro.2.le.3.medº.H.

56 Lex naturæ, fuit offuscata in gentilibus, quo ad multa.12ᵉ. q.94.4.5.6.o./.q.98.6.c./.1ᵐ./.q.99.2.2ᵐ./.q.100.5.1ᵐ./.22ᵉ. q.22.1.1ᵐ./.q.154.2.1ᵐ./.3ª.q.60.5.3ᵐ./.q.61.3.2ᵐ./.q. 70.2. 1ᵐ./.3.d.37.1.c./.1ᵐ./.3ᵐ./.4.d.33.q.1.ar.3.quæst.1.1ᵐ./.2ᵐ./. Virt.q.2.7.10ᵐ. *Visura.18.19.80.173.229.&c. Vxor.1.&c.

57 Lex naturæ, sic corrupta fuit apud germanos, q; latrocinii non reputarent peccatum.12ᵉ.q.94.4.6.c.

Æterna. 58 Lex æterna est ratio, seu conceptus gubernationis rerum, in Deo.12ᵉ.q.91.1 o./.q.93.1.o./.3.4.c./.5.3ᵐ./.4 d.33.q.1.1. o./.3.3.cº.115. *Idea.21.&c. Iudicium. 21. 22. Ius. 1.&c. Peccatum.1.&c.405. Promulgatio.3. Pronidentia.15.

59 Lex æterna secundum essentiam, est nota beatis tãtum, sed in suis effectibus, nota est omni creaturæ rationali. 12ᵉ. q. 19.4.3ᵐ./.q.93.2.o./.6.c.prinº.

60 Lex æterna comparatur ad ordinem rationis, sicut ars ad artificiatum. Ideo eiusdem rationis est aliquid esse, contrarium que.12ᵉ.q.71.2.4ᵐ.

61 Omnis lex, inquantum iusta est, derinatur a lege æterna. 12ᵉ. q. 93. 3. o.

62 Omnia regulantur lege æterna, & participant eam, inquantum ex ea inclinantur in proprios actus & fines.12ᵉ.quæst. 91.2.o.

63 Aliquid subditur legi æternæ dupliciter, scilicet secundum cognitionem, vt creatura rationalis tãtum, vel per aliquod principium interius, vt omnis creatura. 12ᵉ.q.91.2.c./.3ᵐ./. q.93.5.6.c. Regula.1. *Voluntas.19.63.

64 Omnia creata subduntur legi æternæ, non autem ea quæ pertinent ad essentiam Dei.12ᵉ.q.91.2.c./.q.93.4.5.6.o.

65 Voluntas Dei secundum se, non subditur legi æternæ, nec gubernationi Dei, sed tantum secundum voluta creata.12ᵉ. quæst. 93. 4. 1ᵐ.

66 Filius Dei, secundum humanitatem, legi æternæ subditur, sed secundum deitatem, est ipsa lex æterna, per appropriationem.12ᵉ.q.93.1.2ᵐ./.4.2ᵐ./ 6.1ᵐ.

67 Beati & damnati, subduntur legi æternæ, per quam merentur & conseruantur in beatitudine vel miseria.12ᵉ.quæst. 93 6.3ᵐ

68 Boni perfectius subduntur legi æternæ, quàm mali quantũ ad cognitionem, & inclinationem ad bonum, sed secundũ passionem, est econuerso.12ᵉ q.93.6.c.

69 Prudentia carnis, subditur legi æternæ, secundum passionẽ non autem secundum actionem.12ᵉ.q.93.6.2ᵐ.

70 Irrationalia, defectus, & omnia contingentia omnium naturalium subduntur legi æternę, non autem legi humanæ. 12ᵉ. q. 93. 5. o.

Diuina. 71 Lex diuina est necessaria, præter legem naturalem & humanam. 1ª.q.1.1.o./.12ᵉ.q.91.4.o./.3ª.q.60.5.3ᵐ./.3.d. 37.1.o.

72 Lex diuina est participatio legis æternæ, in ordine ad finẽ supernaturalem, sicut lex naturalis, ad finẽ naturalem.12ᵉ. q. 91. 4. c./.1ᵐ.

73 Lex diuina explicat instinctum naturæ, & supplet defectus eius.3.3.cº.123. *Accusatio.24. Actus.168. Adam.68.

74 Lex Dei datur homini, in auxilium legis naturalis.3. 3. cº. 117.5ᵐ./. Virt.q.2.7.10ᵐ. *Alienum.3.4.8. Angelus.559.

75 Sicut gratia præsupponit naturam, sic lex diuina præsupponit legem naturalem. 12ᵉ. q. 99. 2. 1ᵐ. *Confessio.24.&c. Consanguinitas.10.11.

76 Quæ lex naturalis dicitur, quasi deriuata ex primis principiis eius, nõ habent vim coactiuam, per modum præcepti, nisi postquam lege diuina vel humana sancita sunt.4.d.33. q.1.1.2ᵐ. *Consensus.6. Consuetudo.4.5. Contemptus.1. &c. Contritio.11.

77 Lex diuina est quædam participatio diuinæ prouidentiæ, ad homines gubernandos.3.3.cº.128.3ᵐ. *Datio.18. Decimę.1.2.28.

78 Lex diuina necessario data est a Deo, soli creaturę rationali per quam principaliter ordinatur in Deum, quia finis legis diuinæ,

Le

diuinæ, est dilectio Dei.ꝗ.3.c°.114./.115./.116./.128.Finis. 84.*Defectus.17.Dispensatio.8.&c.Fas.Fides.85.118.Finis 35.Gula.4.Iudex.4.8.

79 Lex diuina ordinat hominem, circa corporalia & sensibilia, vt subsint rationi.ꝗ.3.c°.121. *Iudicium.21.28.31.Ius.13.

80 Lex Dei ordinat hominẽ, vt sit totaliter subditus Deo. Con. 3.c°.118.2m./.128.2m. *Omissio.1.

81 Ea quæ sunt necessaria ad salutem, cadunt sub præceptis diuinæ legis.22e.q.3.2.c./.q.140.2.c./.Quol.12.25.c.

82 In lege Dei aliqua præcipiuntur, quia bona sunt, & aliqua econuerso. Et aliqua prohibentur, quia mala sunt, & aliqua econuerso.22e.q.57.2.3m. *Peccatum.1.13.31.45.73.121. 184.188 405.Penthecoste.

83 Lex Dei ordinat hominem ad proximum eius, per præcepta iustitiæ.Con.3.c°.128.

84 Lex diuina continet tria, scilicet testimonia, idest ea quæ sunt fidei, præcepta, idest moralia, & iudicia, idest iudicialia. Psal.18.med°.e.

85 Finis legis diuinæ, est beatitudo æterna, humanæ vero est temporalis tranquillitas ciuitatis. 12e.q.98.1.c./.q.100.2. 5. c./.2.d.9 3.c./.3.d.37 ar 2.q.2 c.prin°./.Psal.18.me°.e./.Meta.2.lec.5 med°.b.

86 Lex diuina principaliter intendit amicitiam hominum ad Deum, sed lex humana hominum adinuicem. 12e. q.99.2. 3.c./.q.100.2.5.c./.Opus.73.c°.5.

87 Lex diuina principaliter considerat iustum vel iniustum, in quantum per hoc ordinatur homo ad finem. qui ẽ vita æterna. Lex vero humana considerat hoc, prout ordinantur homines inter se, in bene esse ciuile, quod est viuere in honestate & pace communi. Opus.73.c°.5.

88 Lex diuina vtitur lege humana, sicut instrumento, vbicumque per opera ciuilia, homo potest ordinari vel deordinari a fine vitæ æternæ, sicut etiam tota natura, instrumentum est diuinæ virtutis, non propter indigentiam eius, sed propter diuinæ virtutis excellẽtiam, quę per se operatur aliqua & quædam per naturam. Opus.73.c°.5 *Pręceptum.1.27. &c. Prohibitio.o.Restitutio. 1.2. Sacramentum.42.&c.118 Sacrificium. 7.

89 Lex diuina principaliter ordinat homines ad Deum, sed ordinat homines ad inuicem, secundum ꝙ conuenit ordini ad Deum, humana vero econuerso.12e.q.99.3.4.c./.q. 110. 2.5.c. *Scientia.66.70.Scriptura.1.&c. Seruitus.9. Superbia.2.11.25.29.

90 Lex diuina sufficienter ordinat ad omnem actum virtutis, non autem lex humana.12e.q.100.2.0./.22e.q.140.2.c./.4. d.15.q.2.ar.1.q 4.2m. *Temperantia.15.Templum.3. Testamentum.3.&c.

91 Lex humana proponit præcepta tãtum de actibus iustitiæ, vel aliarum virtutum, sub ratione iustitiæ, diuina vero, de actibus omnium virtutum, vel obligando, vel consulendo. 12e.q.100.2.0. *Vinculũ.2.Voluntas.19.63.Votũ 68. 69.

92 Lex diuina se extendit ad actus interiores & exteriores, sed lex humana, tantum ad actus exteriores. 12e. q. 91. 4./.q. 98.1.c./.q.100.2.9.c./.Quol 4.24.c.prin°./.Psal.18. me°.e./. Ro.5.lec.6.prin°.B./ c°.7.lec.2.me°.E.

93 Lex diuina prohibet & punit omnia peccata, non autẽ lex humana.12e.q.91.4.c.fi./ q.93.5.3m./.q.96.2.0./.3.1m./.q.98. 1.c./.22e.q.69.2.1m./.q.77.1.1m./.q.78 1.3m./.Ma.q.13.4.6m. ./.Quol.2.10.1m./.2m./.106.11.lec.1.med°.H./.Psal.18.me°. e.D.Vsura.7.8.9.44.71.&c.78.&c.86.116.&c.126.188. &c. 229.&c.244.313.

94 Leges humanæ antiquę continent quædam fabulosa & falsa, non autẽ lex diuina.12e.q.99.3.c./.Psal.18. med°. e. E./. Meta.2.lec.5.me°.b.prin°. *Vxor.3 5.

95 Lex diuina distinguitur in legem veterem, & legem nouam non sicut in species omnino diuersas, sed sicut in imperfectum & perfectum in eadem specie.12e.q.91.5.0./.q.107. 1. 0./.2.c.prin°./ 3.c./.Gal lec.2.med°.C.&c.

Vetus. 96 Lex vetus est æterna, quo ad moralia, & quo ad veritatem quam figurabant cerimonialia, non autem aliter.12e.q.103 3.1m./.Con.4.c°.57. *Adeps.1.2.Agnus.1.2.3.5.Alienum 3.&c.Altare.1.2.3.Angelus.447.568.620.Animal.74.&c.

97 Lex vetus conuenienter data est, tempore Moysi, & non prius, propter superbiam hominum conuincẽdam, nec posterius propter auxilium.12e.q.98.6.0./.3a.q.70.2.2m./.4. d. 1.q.1.ar.2.q.4.c./.Gal.3.lec.7.prin°.E. *Arbor. 2.

98 Lex vetus differt a lege naturali, non vt ab ea penitus aliena, sed vt aliquid ei superaddens.12e.q.99.2.1m. *Armus..

99 Lex vetus erat bona, quia consonabat rationi, reprimendo concupiscentias, sed erat imperfecta. 12e. q. 98.1.c./.2.1m./. 2m./.Ro.7.lec.2.3.0./.Gal.3.lec.7.8.0. *Aureola.24.Baptismus.248.Beneficium.18.Canis.1.Character.45.

100 Lex vetus, prohibebat omnia peccata.12e.q.98.1.c.

101 Lex vetus data fuit, contra quadruplex vulnus peccati, scilicet contra malitiam, infirmitatem, concupiscẽtiam, & ignorantiam.Gal 3.lec.7.prin°.D.

102 Lex vetus non conferebat gratiam, quia hoc Christo reseruabatur. 12e.q.98.1.0./.q.99.2.3m./.q.100.12.0./.3.d.37.1. 4m./.d.40.3.0./.Ro.3.lec.2.fi./.Lec.3.med°.B./. Gal. 3. lec. 7. prin°.E./.Lec.8.prin°.F.&c./.fi./.He.2.lec.1.me°. D./.c°.8. lec.2.princ°.B./ c°.9.lec.1.princ°.A./.c°.12.lec. 4. med°. B. *Cerimonia.4.&c.Cessare.4.Cibus.7.Circuncisio.3. &c.

103 Oppositum videtur dicere a simili.4. d. 1. q. 2. ar. 4. q. 2. c. Respondeo sicut Dubio 342°./.343°. Dub.tit.

104 Finis veteris legis erat iustificatio hominum, quam tamen efficere non poterat, sed eam figurabat factis cerimonialibus, & promittebat verbis.12e.q.107.2.c./.Ro.10.le.1.me° D. *Confessio.19.Confirmatio.44.&c.

105 Intentio veteris legis erat homines ad timorem & reuerentiam dei inducere, & a carnalibus ad spiritualia traherepaulatim.3.d.40.ar.4.q.2.0./.4.d.1.q.1.ar.5.q.3.c. *Consecratio 18.&c.Contritio.25.Cultus.31.&c.Decimæ.1.2.28.

106 Lex vetus, secundum sensum exteriorem promittebat tantum temporalia, sed secundum sensum spiritualem promittebat spiritualia & vitam æternam.12e.q.114.10.1m./. 3. d. 40 ar.4.q.1.c./.1m./.Ro.9.lec.1.fi.G./.c°.10.lec.1. med°.B./. He.4.lec.1.prin°.A. *Depositum.2.Dies.10.&c.Ecclesiasticus.o.Euangelium.3.&c.Eucharistia.11.&c.32.33.170.185 Exilium.Fatuus.Femina.1.Festum.1.2.&c.Fides.85.Figura. 12.13.Finis.35.84.Gratia.90.Hæresis.99.Ieiunium.18. &c. Illegitimus.2 Immolari.

107 Lex vetus occidebat, non quidem effectiue, sed occasione accepta non autem data. 12e. q. 98.1.2m./.q.99.2.3m./.3.d. 37.1.4m./.d.40.3.0./.Veri.q.28.2.12m./.Ro.7.lec.2.med°. A. &c. Litera.3. *Immundicia.2. &c. Ioannes.1. Iudaizare. Iudæi.4. 10. &c.

Immo non se extendit ad animum, idest ad actus interiores.12e.q.107 1.2m. Respondeo sicut Lex.128.129.

108 Lex vetus induxit pęnam seruitutis, in casu duplici tantũ, scilicet seruitutem perpetuam in seruo nolente egredi, & temporalem, in fure non valente soluere.12e.q.105.2.10m. *Iustificatio.45.&c.Lectoratus.5.Lepra.1.2.3.Litera.3. Lotio. Maria. 57. 65

109 Sanctus Paulus, absolute & indeterminate loquens de lege, semper intendit de lege Moysi.Ro.7.lec.1.prin°. G. *Matrimonium.10.11.12.124.Mel.o.Mensa.Meritum.110. Missio.41.45.Oblatio.o.Occidere.10.Ornatus.12.13.

110 Lex vetus, bene statuit de loco iudicii, de iudicibus, & testibus.12e q.105.2.c./.7m./.8m. *Passio.1.16.Paulus.30.Peccatum.252.253. Peccatã. 31. 55.56.59.&c.97.Permissio.1. Possessio.9.10.Pręceptum.28.&c.39 &c.56.&c.

111 Lex vetus data fuit solis iudæis, non quidem propter merita eorum, sed propter promissiones Dei de Christo. 12e. q. 98.4.0./.5.c./.3.d.25.q.2.ar.2.q.2.3m. *Primitiæ.1.2.Primogenitus.2.Psal.3.&c.Purgatio.4 Rebellio.3.Regnum.6.

112 Lex vetus data fuit duris in flagellum, proficientibus in pedagogum, perfectis autem in signum & solatiũ.12e. q. 101. 3.c./.4.d.1.q.1.ar.5.q.2.3m./.Ro.5.lec.fi.fi.B. *Sacrificium. 5.Schisma.5.Septem.Status.5.Sterilitas.2. Stuprum.3. 4.

113 Gentiles non obligabantur ad legem veterem, quo ad cerimonialia, vel iudicialia. Sed ad pręcepta naturæ secundũ se, non autem ex lege veteri.12e.q.98.5.0./.22e.q.85.4.1m./. 3.d.25.q.2.ar.2.q.2.3m./.Ro.2.lec 3. med°. G. *Tabernaculum. 4. 5.

114 Lex vetus neminem excludit a cultu Dei, sed tantum a ciuilitate 12e.q.105.3.1m./.2m. *Tabula.2 Templum. 3. &c.

115 Lex vetus ordinabat ad Christum, perhibendo testimoniũ & disponendo ad eum.12e.q 98.2.c./.q.99.6.c./.Ro.10. lec. med°.E./.Gal.3.lec.8.med°.H.&c. * Testamentum. 4. &c. Thurificatio.2.Tuba.1.Vestis.7.Virginitas.35.36.

116 Status veteris legis institutus fuit, ad figurãdum mysteriũ Christi.12e.q.102.4.c. *Vnctio.20.29.30.

117 Status veteris legis, non fuit immutatus ante Christũ, quo ad impletionem, sed quo ad cõditionem populi.12e.quæst. 102. 4. 2m.

118 Christus impleuit legem veterem, opere & doctrina tripliciter, scilicet exponendo, dando modum melius obseruandi, & superaddendo.12e.q.107.2.0./.4.3m./.4.d.1.q.2.ar.5.q.2. 1m./.Rom.9.lec.5.med°.E./.c°.14.lec.2. princ°. G./.Eph.2. lec.5.med°.k.

119 Christus in omnibus conuersatus est, secundum præcepta veteris legis.3a.q.37.0./.q.40.4.0./.q.47.2.1m./.3.d.14.ar. 3. q.3.6.3m./.4.d.1.q.2.art.2.q.3.c. * Christus 196.195.198. Vsura.78.289.296.Vxor 1.11.&c.

120 Lex uetus dabatur populo adhuc imperfecto, in comparatione ad perfectionem quæ erat futura per Christum. 12e. q.99.6.c.

Vetus & noua. 121 Lex noua continetur in lege ueteri uirtualiter, ut perfectũ in imperfecto, & implicite, non autem explicite & in actu. 12e.q.107.3.0./.Gal.lect.2.prin°.D. *Adoratio 20. Angelus 620. Baptismus 3.224.248. Bonitas 229. Decimę 1.2. 3. Dæmon 21.

122 Lex uetus assimilatur puero, ut imperfecta, noua autem assimilatur uiro, ut perfecta. 12e.q.91.5.c./.1m./.q.98.1.0./.2. 1m./.2m./.q.99.6.c./. q.106.3.c./. q.107.1.c./. 2m./. 2.3.4.c./. 22e.q.1.7.2m./.4.d.1.q.2.ar.5.q 2.c./. Gal.4.lect.1.0. Euangelium 3.8. *Eucharistia 11.&c.Finis 35.

123 Lex noua implet legem ueterem, exhibendo quod lex uetus promittebat & figurabat. Sed euacuat eam quo ad cerimonialia.12e.q.107.2.0./.22e q.104.6.2m./. 2.d.9.8.4./.4.d. 1.q.2.ar.5.q.2.c./.1m./.3m./.Rom.3.fi./. Eph.2.lect.5.me°.K. *Gratia 96.

124 Lex noua dicitur gratia fidei, quia principaliter est ad gratiam, secundario autem est ad cerimonialia & sacramentalia.Lex uetus autem econuerso. 12e.q.107.1.3m./. q.108.1. 0./.Quol.4.13.c./.Ro.3.lect.4.prin°.F.&c. *Hęresis 52.64.

125 Lex uetus est uia ad legem nouam, sicut lex noua ad cælestem ecclesiam, seu ad cælestem hierarchiam. 12e.q.101.2. c./.q.106.4.1m./.3a.q.61.4.1m./.2.d.9.8.4m./.3.d.40.ar.4.q.1. 0./.q.2.c./.4.d.1.q.1.ar.2.q.5.1m./.d.4.q.1.ar.3.q.4.2m./. d.8.. q.1.ar.3.q.1.1m./.d.18.q.2.ar.2.q.1.1m./.Quol.7.15.c./.He.9. lect.1. *Ieiunium 18.&c.Ioannes 1.2.

126 Vtraque lex, fuit ab uno deo, sed lex uetus in lapidibus, noua uero in corde. 12e.q.98.2.3.0./.q.106.2.3m./.4.3m./.q. 107.1.c.fi./.3a.q.42.4.2m. *Irregularitas 4.Lepra 1.2.Lotio. Maria 65.&c.Oblatio 7.13.Organum 2.&c.

127 Lex noua, plurima supra rationem credenda præcipit, lex vetus autem pauca. Con. 1. c°. 5. * Peccatum. 252. 253. Pœna. 31. 59.

128 Lex uetus cohibebat manum, idest actus exteriores, per pœnas temporales, non autem animum, idest actus interiores noua autem cohibet vtrũque, per æterna.12e.q.107.1.2m./. 3.d.40.2.c./.Psal.18. *Pœnitentia.56.58.Permissio.1.Præceptum.120.&c.140.

129 Lex noua principaliter promittit spiritualia, & ordinat act9 etiam interiores, & ex amore. Ideo perfectior est lege veteri quæ habet opposita.12e.q.91.5.0./.q.99.6.0./. q.107.1.2m./. q.108.1.0./.22e.q.95.2.3m./.3.d.40.2.c./. 4.0./. Cont.1.c°.5. prin° /.Li°.3.c°.116.fi./.Psal.18.me° .c.E./.Psal.21.fi.t.K./. Ro.8.lect.3.me°.G./ c°.10.lect.1.me°.E.&c./.1e. Corin.11. lect.6.me°.K./.Gal.lect.2.prin°.C./.c°.4.lect.8.me°.I./. He. 1.lect.4.me°.F./. c°.7.lect.3.fi.I./. c°.8.lect.2. prin°. k &c./. c°.9 lect.3.prin°.C./.c°.12.lect.4.princ°./. med°.A./. fin.C. *Primitiæ. 1.&c. Sabbathum 11.

130 Lex vetus ẽ grauior lege noua, qũo ad cerimonialia, & quo ad dispositionem subditorum, sed quo ad actus virtutum, est econuerso.12e.q.107.4.0./. 3.d.40.art.4.q.3.0./. Quol.4. 13.c./.Matth.11.fi. *Sacerdos 24.&c.

131 Lex noua addit consilia super præcepta, non autem lex uetus.12e.q.108.4.0./.3.d.40.ar.4.q.3.c.fi./.1m. * Sacramentum 33 42.&c.

132 Lex uetus est lex seruitutis, lex noua uero, est lex pietatis. 12e.q.108.4.c./.1e.Cor.7.lect 3.fi. *Sacrificium 11.16.&c. Septimus.

133 Lex noua dicitur lex ueritatis, lex uetus autem dicitur lex umbrę, uel lex figuræ.12e.q.107.2.c. *Templum 8.&c. Testamentum.o.

134 Lex uetus non inducebat ad conformitatem Moysi, sicut lex noua inducit ad conformitatem Christi.4.d.15.q. 3.art. 3.q.1.2m.

135 In lege noua dantur præcepta fortitudinis, ad pugnãdum spiritualiter, & ad patientiam temporalium malorum, non autem ad pugnam corporalem, sicut in lege ueteri. 22e.q. 140.1.1m. *Vsura 78.79.

136 Prohibitio immundorum corporaliter a sacramentis in ueteri lege, magis erat propter significationem, quàm propter res. Ideo non est in noua. 4.d.9.art.c.4.q.3.2m. * Vxor 18. Christus 196.

137 Lex noua nihil instituit, ad cognoscendum futura, sicut lex uetus, quia terrena sunt, fuerunt tamen in nouo testamento etiam aliqui, prophetię spiritum habentes, qui multa de futuris euentibus prædixerunt.22e.q.95.2.3m.

138 Lex noua nihil determinat circa cerimonialia uel iudicialia, nec præcipit alia moralia, quàm lex uetus. 12e.q.108. 2.0./.3.2m./.3m./.Quol.4.13.c.

139 Lex noua principaliter est gratia spiritus sancti, secundario autem est circa quædam disponentia ad gratiam, & ad usum eius. Ideo principaliter est indita, & secundario scripta 12e.q.106.1.0./. 2.3.c./. q 107.1.2m./.3m./. q.108.1.c./. 1m./. Quol.4.13.c. Noua

140 In lege noua nihil continetur, nisi pertinens ad gratiã spiritus sancti, uel disponens intellectum per fidem & affectũ, uel ad usum gratiæ.12e.q.106.1.1m./.Quol 4.13.c. * Apostoli 4.Baptismus 224.Character 34.Cõtritio 11.Cultus 3. Decimæ.6.&c.

141 Lex noua, est lex gratiæ, & pietatis. 12a.q.106.3.c.fin./ 1e. Cor.7.lect.4.fi.

142 Lex noua dicitur lex libertatis, quia non præcipit actus exteriores nisi sacramentorum, uel habentes necessitatem ad gratiam, nec prohibet, nisi contraria gratiæ. 12e.q.108.1. 2.0./.4.c./.Quol.4.13.c. *Excõmunicatio 32.Festum 2.&c. Fides 104.118.

143 Lex noua bene ordinat omnes actus interiores hominis ad se, ad proximum, & ad deum.12e.q.108.3.0.

144 Tota lex noua est in mansuetudine, respectu proximi, & in humilitate, respectu dei & sui.Matth.11.fi./.c.I. * Gratia 90.91.96.&c.

145 Nullus status, potest esse perfectior statu nouę legis, quia lex noua immediate introducit ad ultimum finem. 12e.q. 106.4.c./.q.108.4.0. * Inditum. Iustificatio 49. Mensa. Oblatio. 7. Occidere. 10. Peccatum. 377. Pœnitentia. 126.

146 Lex noua non debuit dari a principio mundi, triplici ratione, prima, scilicet quia lex noua principaliter est gratia spiritussancti, quæ abundanter dari non debuit, antequã impedimentum peccati, ab humano genere tolleretur consumata redemptione per Christum. Secunda potest assignari, ex perfectione legis nouę. Non enim aliquid ad perfectum adducitur statim a principio, sed quodam temporali successionis ordine, sicut aliquis prius fit puer, & postmodum uir. Tertia sumitur ex hoc, quòd Lex noua est lex gratiæ. Et ideo primo oportuit, quòd homo relinqueretur sibi in statu ueteris legis, ut in peccatum cadendo, suam infirmitatem cognoscens, recognosceret se gratia indigere.12e.q. 91.5. 2m./. q.106.3.0. *Pręceptum 24.52. 120.

147 Lex noua proponitur in omni loco, non autem in omni tẽpore, quia tempus uariat statum, non autem locus. 12e.q. 106. 3. 2m.

148 Lex noua durabit usque ad finem mundi. 12e. q. 106. 4.0. *Sacerdos.20.24.&c Sacramentum.33.45. 58. &c. 98. &c. 137.144.&c.151.Status.5.Subdiaconus.3.4. Testamẽtũ.o.

149 Leges humanæ sunt necessarię, ad pacem hominum, & ad uirtutes, propter malos, quia non sufficit eis paterna monitio.12e.q.91.3.0./.quęst.95.1.0./.2.d.9.3.c./.5m./.3.d.40 2.0. *Actus.165.168.Adoptio.6.9.12.Aleator.1.Alienum.3.&c. Humana.

150 Melius est secundum philosophum omnia determinari per leges, quantum possibile est, quam relinquere arbitrio iudicum, triplici ratione. Primo scilicet quia facilius est inuenire paucos sapientes, qui sufficiant ad rectas leges ponendas, quam multos qui requirerentur, ad recte iudicandum de singulis. Secundo quia illi qui leges ponunt, ex multo tempore considerant, quid lege ferendum sit: sed iudicia de singularibus factis, fiunt ex casibus subito exortis. Facilius autem ex multis consideratis, potest homo uidere, quid rectum sit, quam solum ex aliquo uno facto. Tertio quia legislatores iudicãt in uniuersali, & de futuris. Sed homines iudiciis præsidentes, iudicant de præsentibus, ad quę afficiũtur amore, uel odio, aut aliqua cupiditate, & sic eorum deprauatur iudicium.12e.q.95.1.2m. *Beatus. 47.

151 Quia ergo iustitia animata iudicis, non inuenitur in multis, & quia flexibilis est, ideo necessarium fuit, in quibuscũque est possibile, lege determinare, quid iudicandum sit, ut paucissima arbitrio hominum committerẽtur. 12e.q. 95. 1.2m.fi. *Campsoria 5.

152 Quædam singularia, quæ non possunt lege comprehendi, necesse est committere iudicibus, puta de eo quod est factũ esse uel non esse, & de aliis huiusmodi. 12e.q.95.1.3m. * Ciuilis.o.Ciuitas 3.Clementia 6.Consanguinitas 9.10.Consuetudo 1.5.

153 Lex humana, est dispositio particularis, inuenta per rationem humanam, ex principijs communibus legis naturalis. 12e.q.91.3.0./.4.c./.q.95.2.0./.3.4.c. *Contemptus. 1. Datio 12. Dispensatio 10.&c.Dominium 10.&c.Ebrietas 14. Ecclesia 10. &c. Ecclesiasticus 3.

153 Lex

Le

154 Lex humana est mensura mensurata, a lege diuina, & a lege naturali, cuius finis, est vtilitas hominum. 12æ.q.19.4.c./quæst.95.3.0.

Dum.811.155 Oppositum videtur dicere. 12æ. q. 90. 1.0./.3.c./.q.96.5.c./. Con 3.c°.114.3m./.5m./.c°.115.2m. Respondeo Dubio.811.

156 Leges humanæ in communi, habent rationem, non autem quo ad aliquas particulares conditiones, sed ex arbitrio instituentium. 12æ.q.95.2.4m./.q.102.3m. *Epicieceia.4. &c.

157 Leges humanæ, non possunt habere illam infallibilitatem, quam habent conclusiones demonstratiuæ sciẽtiarum. 12æ. q.91.3.3m./.4.c./.q.96.1.3m./.q 105.2.8m./.22æ.q.120.1.c.

158 Nulla lex humana, habet vim legis, nisi inquantum a lege naturæ deriuatur. 12æ.q.95.2.0./.Con.3.c°.123.

159 Leges scribuntur, ad declarationem iuris naturalis, & iuris positiui. Ideo continent vtrumque, & instituunt ius positiuum, dantes ei robur auctoritati. Nõ autem iuri naturali, sed hoc habet ex natura. 22æ.q.60.5.c./.1m. *Error.11. 12. Excommunicatio.23.

160 Lex humana quadrupliciter diuiditur, secundum quatuor quæ sunt de ratione eius, scilicet quòd sit a lege naturæ, ad bonum commune, a persona publica, & sit regula actuum humanorum. 12æ.q.95.4.0. *Fas. Illegitimus.4.5. Interpretatio.1.2. Iudæi.36.46. Iudex.4.

161 Nullus potest condere legem, nisi communitas, vel persona publica, idest gerẽs vices eius. 12æ.q.90.3.0./.q.92.2.2m./.q.95.4.c./.q.96.1.4.c./.q.97.3.3m./.q.98.3.3m./.22æ.q.50.1.3m./.q.57.2.c./.q.60.6.c./.q.67.1.c. *Iudicium.25.26.28.&c.

162 Lex humana debet dari in communi. 12æ.q.96.1.0./.q.98.6 2m./.22æ.q.147.3.4.c. *Ius.2.&c.10.&c.20.&c.

163 Lex humana datur de aliquo, secundum illud quod frequẽtius accidit. 12æ.q.84.1.3m./.q.96.1.3m./.6 c./.3m./.q. 102. 6. 5m./.22æ.q.88.9.10.c./.q.120.1.c./.q.147.4.c./.q.152. 2.3m./.q.154.2.c.fi./.4.d.15.q.3.ar.2.q.1.c./.ar.3.q.3.1m.

164 In legibus, propter consuetudinem, magis valent fabulariter dicta, quàm cognitio veritatis. Met 2.le.5.prin°.b.prin°.

Dum.812.165 Immo omnis falsitas legi repugnat, cum lex ordinet hominem ad veram felicitatem. 12æ.q.99.3. c. Respondeo sicut. Dubio. 812°.

166 Finis legis ciuilis est pax ciuium, sed finis legis canonum, est pax ecclesiæ, & salus animarum./.Quol.12.25.c.

167 Lex humana non attendit intentionem obseruantis, sed actum eius. 12æ.q.100.9.c./.3.d.40.2.5m./.4.d.15.quæst.3.ar. 4. quæst. 1. 3m.

168 Lex humana debet esse honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriæ, loci, & temporis, necessaria, pro communi vtilitate, & clara. 12æ. q. 95.3. o. *Iustitia 4.&c.51.&c. Iustificatio.48. Legislator.o. Legitimatio.o. Licita.1.2. Ligurgus.

169 Lex est iusta, vel iniusta tripliciter, scilicet ex fine, ex agente per auctoritatem, & ex forma, idest secundum æqualitatem proportionis. 12æ.q.96.4.c. *Machometus. Matrimonium. 40.&c. Misericordia.32. Modestia.4.&c. Necessitas.30.31.

170 Lex puniens mulieres in lupanari, est abrogata, quia est iniusta cum non sit ex instinctu legis naturæ. 4.d.33.q.1.ar.3. q.1.2m *Obligari.5.&c. Omissio.1. Periculum.1.9. Politica 2.4. Possessio.5.10. Possessor. Præbendatus.

171 Lex humana præcipit aliquos actus cuiuscumque virtutis, vt ordinabiles ad bonum commune, non autem omnes. Similiter aliquos actus cuiuscũque vitii prohibet, non autem omnes. 12æ.q.93.3.3m./.q.96.2.3.0./.q.100.2.c.

172 Leges humanæ ordinantur ad aliqua mundana bona, secũdum quorum conditionem, dantur præcepta fortitudinis. 22æ.q.140.1.c.

173 Lex humana non debet seruari, quãdo est in damnum, sed recurrendum est ad principem, si periculum non sit in mora. 12æ.q.96.6.0./.q.97.3.1m./.22æ.q.60.5.2m./.q.147.4.c./.4.d.15.q.3.ar.2.q.1.4.c.

174 Lex humana iusta, obligat in foro conscientiæ, non autem lex iniusta, nisi propter scandalum vitandum, in his quæ non sunt contra Deum. 12æ.q.96.4.0./.22æ.quæst.12.2.1m./.q.60.5.1m.

175 Omnes subditi alicuius potestatis, subduntur legibus eius vel coacte, vt mali, vel sponte ut boni. 12æ.q.96.5.0.

176 Princeps subditur legi suæ, quo ad iudicium Dei, & sponte quo ad vim directiuam, non autem coacte. 12æ.q.96.5.3m.

177 Nullus subditur legi inferioris, contra superiorem. 12æ. q. 96.5.c./.2m. *Princeps.14.&c. Promulgatio.3. & cetera. Raptus.5.

178 Lex humana potest iuste mutari dupliciter, scilicet ex defectu legislatoris, vel ex mutatione rerum, vel hominum. 12æ.q.96.5.3m./.6.0./.q.97.1.0./.q.104.3.2m. *Restitutio.16.

Le — Li

Rex. 6. Roma. 3. Sacrificium. 7. Sacrilegium. 8. Seruitus. 9. & cetera.

179 Lex humana, non debet faciliter mutari, nisi propter magnam necessitatem, vel vtilitatem, quia consuetudo iuuat. 12æ.q.97.2.0. *Sinesis. Vendere.12.16. Vsura.7.9 27.44 73 82. 84. 86. 87. 89. 115. 116. 119. 121. 215. 223. 232. 237. 238. 279. 299.

180 Ecclesia non est astricta legibus humanis, puta vt iudicet vxoricidam sine reatu pœnæ æternæ, vel pœnæ ecclesiastico iudicio infligendæ, ex hoc quòd est sine reatu pœnę infligẽdæ per iudicium sæculare. Et tamen lex ciuilis non committit viro occisionem vxoris quasi præcipiens, quia sic nõ peccaret, sicut nec minister iudicis peccat. latronem occidens condemnatum ad mortem, sed permisit, pœnam non adhibens. 4.d.37.q.2.1.c.fi./.2m. Vxor.22.23.

181 Voluntas de iis quæ per rationem imperãtur, ad hoc quòd legis rationem habeat, oportet vt sit aliqua ratione regulata & hoc modo intelligitur, quòd voluntas principis habet vigorem legis. 12æ.q.90.1.3m.

¶ Li per quem, non est appropriatum, sed proprium filii. 1a. q.39.8.c. *Excessus.1. Fieri.4. Gratia.86. Ibi. Omnis.4. Processio.54. Propositio.18. Solus.5.&c. Christus.7.9.10.21.26. Signũ

¶ Lia fœcunda, & lippis oculis, significat vitam actiuam, quæ plus parit, & minus videt. 22æ.q.179.2.b./.3.d.35.q.1. art.3. q.1.3m. *Iacob.10.11. Figura

¶ Libamina significabant potum eucharistiæ, sacrificia vero, cibum eucharistiæ. Ideo offerentes habebant de sacrificiis, non autem de libaminibus, sed tantum sacerdotes. 4.d.11. q.2.ar.1.q.1.3m. Eucharistia.185. Figura

¶ Libellus. Vxor.15.&c.

¶ Libens. Accusatio.17. Charitas.13. Confessio.53.

¶ Libenter. Amor.62. Vsura.62.200.

1 ¶ LIBER Iob secundum Hieronymum, est ex versibus erametris, a tertio capitulo vsque ad quadragesimumsecundũ capitulũ. Et est plenus figuris, & coloribus rethoricis. Iob. 3.lec.1.med°.I. In scriptis

2 Liber sapientiæ, non erat olim inter canonicas scripturas, sed fuit cuiusdam Philonis. Dio*.4.lec.9.

3 Liber Isaiæ fuit grandis, non ad necessitatem scripturæ, sed ad significandam magnitudinem tribulationis. Isa. 8. princ°. a. F.

4 Liber de infantia saluatoris, est apocriphus. 3a.q.35.6.3m./.q.36.4.3m./.q.43.3.1m /.Io.le.14.med°.c.I./.c°.2.lec.1.fi./.c°.15.fi. *Consideratio.2. Descriptio. Dio*.3.4. Doctor. 3. &c. Ecclesiasticus.1.2. Ethica. Eustratius.1. Exemplum.3.

5 Liber de mirabilibus sacræ scripturæ, non est Augustini, neo est autenticus. 3a.q 45.3.2m. *Inuestiri. Iudęi.4.

6 Oppositum videtur dicere. Quol.9.6.1m. Respondeo. Dubio.813. *Lex.18. Locus.4. Magister.o. Plato 4. Dum.813°

7 Liber de ecclesiasticis dogmatibus, non est Augustini, sed Genandii. Quol.12.11.c. *Prophetia.31.45.

8 Oppositum videtur dicere. 2.d.4.1.1m./.4.d.12.q.3.ar.1.q.2. b./.d.14.q.1.ar.1.q.6.5m./. Opusc.19.c°.8. Respondeo Dubio. 814°. Dum.814°

9 Liber de spiritu & anima, non est Augustini, nec autenticus. 1a.q.77.8 1m /.q.79.8.1m./.10.1m /.q.82.5.2m./.1.d. 1. q. 1.1.3m./.4.d.44.q.3.ar.3.q.1.1m./. Veri q.15. 1. 1m./. q. 25. 3. 2m./.q.26.5.7m./. Spiritu. 3.6m./.11.2m./. Aia.9.1m./.12.1m./. 19.3m./. Io.10.le.2.fi.e.E. *Religio.80. Repræsentatio. 1. 2. Scriptura.20.&c. Thalmuth.

10 Liber de differentia spiritus & animæ, non est Augustini, nec est autẽticus Spiritu.3 9m. *Theoa.29. Theophrastus.

11 Liber de intelligentiis, non est autenticus. Quol.6.19.1m. *Tractare.2.

12 Liber de vnitate & vno, non est Boetii, nec est autenticus. Spiritu.1.21m./.Quol.9.6.2m.

13 Liber de causis, continet errorem, scilicet quod creaturæ inferiores, sunt creatæ, mediantibus creaturis superioribus. Ideo in hac materia non est autenticus. 2. d.18.q.2.2.1m./. Poa.q.3.4.10m /.11m.

14 In libris Beati Gregorii, quilibet potest inuenire, omnes sere motus cordis sui. 1c. Co.14 lec.5.med°. I.

15 Liber Dei, est Christus, vel est prædistinatio, in qua per ordinem scripti sunt omnes saluandi, sed in principio est Christus. Psal.39, med° d.D./ He.10.lec.1.med°.G.

16 Liber vitæ, dicitur tripliciter, scilicet conscriptio saluandorum, scriptura eorum per quæ saluantur, idest vtrumque testamentum, & scriptura agendorum seu iam factorum, scilicet libri aperiendi in die iudicii idest uis diuina, qua cuilibet nota fient facta sua. 1a.q.24.1.1m./. Veri.q.7.1.c. Vitę

17 Liber vitæ, est quid increatum, s. repræsentatio saluandorũ, dirigens

Li

dirigens deum, in dando vitã gloriæ electis. Veri.q.7.1.0.

18 Liber vitæ est notitia dei, de vita beata cuiuslibet in particulari. 1a.q.24.0./.q.39.8.fi./.1.d.40.q.1.2.5m./.3.d. 31. q.1. 2.0./.Ver.q.7.0./.Phil. 4.le.1.prin°.D./.Hebr.12.le.4. fi. A. *Character 40.

19 Liber vitæ in diuinis, dicitur essentialiter, non autem personaliter. Et appropriatur filio, ratione notitiæ, sed spiritui sancto, ratione vitæ. 1a.q.39.8.fi./.3.d.31. qõ.1.a.2.q.1. 8./.Veri q.7.2.3.0.

20 Pater dicitur caput libri, quia est principium filii. 3.d.31. q.1.a.2.q.1.4m./.Psalm.39.m°.d.D.

21 Liber uitæ, non est prædestinatio, sed est notitia eius. 1a.q. 24.1.4m./.3.d.31.q.1.ar.2.q.2.0./.q.3.1m./. Veri.q.7.4.0./.Ps. 39.me°.d.D./.Phi.4.le.1.prin°.D.

22 Liber uitæ, & electio, sunt tantum de uita gloriæ creaturarum, nõ autem proprie de uita naturæ, nec de uita gratię, nec de uita dei. 1a.q.24.2.0./.3.d.31.q.1.ar.2.q.2.0./.Veri.q. 7.5.6.7.0.

23 Præscientia est omnium, prædestinatio est gratiæ & gloriæ simul, sed liber uitæ, tenet medium, quia simpliciter est tãtum gloriæ, & secundum quid est tantum gratiæ. 1.d.40.q. 1.2.5m./.q.3.3m./.3.d.31.q.1.ar.2.q.2.0./.q.3.1m.

24 Christus secũdũ naturã humanã, dr liber uitæ, quia est uniuersale exẽplar uitæ, nõ aũt est similitudo repræsentãs particulariter uitam cuiuslibet. 3.d.31.q.1.ar.2.q.1.2m./.Ver.q. 7.1.c. *Certitudo 24.

25 Vtrumque testamentum, posset dici liber uitæ, sed imperfecte, quia non facit notitiam de uita cuiuslibet in particulari, sed in uniuersali. 3.d.31.q.1.ar.2.q.1.1m.

26 Scripti simpliciter in libro uitæ. s. prædestinati, numquàm delentur de libro uitæ. Sed scripti secundum gratiã, delẽtur de libro uitæ. 1a.q.24.3.0./.1.d.40.q.1.2.5m./.q.3.3m. /. 3.d. 31.q.1.ar.2.q.3.0./.Phil.4.le.1.prin°.D./.He.12.le.4.fi.A.

27 Sic potest aliquis deleri de libro uitæ, sic potest in eo scribi de nouo, scilicet uel secundum opinionem, uel secundum gratiam, non autem simpliciter. 1a. q.24.3.3m.

28 Nullus liber, dr liber mortis, sicut dr liber uitæ, quia electi solent ascribi, non autem repudiati. 1a.q.24.1. 3m./.3. d. 31. q.1.ar.2.q.2.c./.Veri.q.7.8.0. *Descriptio. Lex 18. Prophetia.31. Repræsentatio 1.2. Scriptura 20.&c.

29 Libri aperiendi in die iudicij, sunt conscientiæ singulorũ. Vel sancti utriusque testamenti. Vel sententia iudicis. Vel uis diuina ostendens omnia, qua cuilibet nota fient facta sua. 1a.q.24.1.1m./.4.d.43.ar.5.q.1.0./.Opusc.3.c°.253.

¶ Libera. Confirmatio 21. Electio 12.13.14. Hæreditas 2. Matrimonium 42.110. Metaphysica 16. Poa.20. Vsura 90.

Quid 1 ¶ LIBERALITAS est uirtus dispensandi bene diuitias, in usus bonos sibi, suisque, & alijs. 12æ.q.117.1.0. Amor 263.

2 Ad liberalem non pertinet, esse promptum ad recipiendũ, & minus ad petendum, sed solicite procurat fructus suarũ possessionum, ad liberaliter dandum. 22æ.q.117.4.3m. *Andragathia. Ars 11.12.13.24.43.&c. Auaritia 21.&c. Bonitas 222.

3 Propria materia mediata liberalitatis, est pecunia. i. res possessa, sed materia immediata, est passio circa pecuniã. 12æ. q.60.5.c./.22æ.q.31.1.2m./.q.32.1.4m./.q.58.9.2m./.q.117.2. 3.0./.6.c./.q.118.3.c./.2m./.q.157.1.c./.Ma.q.13.1.6.fi./.Eth. 4.le.1.princ°. b. *Campsoria 9. Datio 2.23. Delectatio 35. De* 448. Dñiũ 16. Donũ 38. Eleemosyna 6.7. Illiberalitas.

4 Liberalitas moderatur amorẽ pecuniarũ, & timorẽ d amissione earum. 22æ.q.123.4.2m. *Iustitia 46.

5 Proprius actus liberalitatis duplex. s. bene uti pecunia in se & in alios, secundarius autem est præparare & conseruare eas ad bonum usum, 22æ. quæst.117.3.4.0./.Quo.5.23. 1m./.Eth.4.le.1.fi.f.&c. *Meritum 100. Mutuum 3.4. Prodigalitas 6. Transferre.

6 Proprius & principalior actus liberalitatis, ẽ dare, quàm accipere, uel acquirere, uel cõseruare, uel uti pro se. 22æ.q.117 4.0./.q 119.1.1m./.3m./.Eth.4.le.1.fi.f.*Virt*225. Vnctio 30

7 Liberalis tristatur, quòd aliquid detur non conuenienter, sed magis quando ipse dat non conueniẽter, quia plus opponitur actui eius proprio. 22æ.q.117.4.2m.

8 Dare aliquid cum concupiscentia retinendi, derogat liberalitati, non autem amicitiæ, uel charitati, sed magis ostenditur perfectio eius. 22æ.q.31.1.2m.

9 Quod autem liberalitatem tollit, aut uiolentiam exterioris agentis, aut necessitatem naturæ interioris, aut debitũ imporat æquitatis. Opusc.73.

10 Liberalitas est subiectiue in uoluntate. 1a.q.23.1.1m./.3.d. 33.q.2.ar.4.q.3.c./.Cõ.1.c°.93./.Virt.q.1.5.c.fi. Subiectiue.

Dum.815.11 Immo est subiectiue in concupiscibili. 12æ.qu.60.5.c./.22æ. q.134.4.1m. Resp. Du°.815.

Li

12 Dantes omnia pro Christo, non sunt prodigi, sed liberales. 22æ.q.119.2.3m. *Vsura 35.39.56.61.62.63.104.134.136.

13 Nulla datio est pure liberalis, nisi datio dei. 1.d.18.3.c./.Veri.q.23.4.c.fi. *Vsus 9.

14 Solus deus, est maxime liberalis. 1a.q.44.4.1m./.1.d.18.3. c. /.d.45.2.c./.Con.1.c°.93.

15 Christus omnes diuitias contemnendo, ostendit in se summum gradum liberalitatis & magnificentiæ. 3a.qu.7.2.3m. Magnificentia 6.

16 Omnis uirtus theologica, & cardinalis, est simpliciter, idest secundum propriam materiam nobilior liberalitate, quę tamen habet quandam excellentiam, inquantum est utilis ad multa. 22æ.q.117.6.0. *Ars 24.45. Iustitia 22.46. Magnificentia 9. Misericordia 9.10. Compara°

17 Iustitia se extendit ad omnes, nõ autem liberalitas. 22æ.q. 58.12.1m./.q.123.12.5m. *Oratio 55. Temperantia 26.

18 Iustitia est simpliciter maior liberalitate, quia est communior & fundamentum eius est, & potest esse sine ea, nõ autem econuerso. Sed secundũ quid, est econuerso. s. ut est ornamẽtũ iustitiæ. 12æ.q.66.4.1m./.22æ.q.123.12.5m. *Virgĩtas

19 Liberalitas & magnificentia locum non habent, subtracta iustitia. Ideo sunt partes potẽtiales ei*. Vir.q.1.12.26m./.q. 5.1.12m.

20 Liberalitas conuenit cum iustitia, quia utraque est principaliter ad alterum, & circa, exteriora. Sed prima attẽdit exteriora ut propria, secunda uero, ut sunt alterius, & ratione debiti. Ideo liberalitas non est species iustitiæ, sed ẽ pars sibi annexa. 22æ.q.58.12.1m./.q.117.2.3m./.3.2m./.5.0./. qu. 118.3.2m./.q.134.4.1m./.q.157.1.c./.3.d.27.q.2.ar.4.q.2. c./. d.34.q.1.2.c./.4.d.15.q.2.ar.1.q.3.4m./.Ma.q.13.1.c.fi.

21 Liberalitas est ad se in sumptibus, non autem in dationibus. Sed iustitia nullo modo est ad se. 22æ.q.106.3.1m./. qu. 117.3.3m./.4.d.15.q.2.ar.6.q.1.1m. *Virtus 225. Magnificẽtia 9. Misericordia 9.&c. Mutuum 3.&c.

1 ¶ LIBERAT deus, a quadruplici aqua, scilicet uoluptatis, cupiditatis, uanitatis, & potestatis. Isa. 43. med°.E. *Accusatio 26. Aduentus 6. 8. 9. Aqua 5. Aristoteles 6.9. Auxilium 3. 7. Beatus 49. Curatio. Damnatio 4. Decimæ 13. Delere. Dæmon 117. Descendere 2.&c. Emundatio. Eustratius 1. Exorcismus 11.13. Festum 4.5. Fides 107. Ignis 21. Incarnari 2.8.&c. Iuramentum 27.&c. A quibus

2 Deus liberat electos de malis pœnæ quadrupliciter, scilicet præseruando, consolando, dando bona, & conuertendo in bonum. Opuscu.7.c°.8. Iustificatio 39. Mors 6.11.12. 22. Oratio 41.&c.63. Pascha.3. Passio 85.&c.116.&c. Pater 21. Præseruatus. Purgatorium 10. Quiest. 3. Redemptio, 0. Resurrectio 50. Saluari 0. Satisfactio 15. Serpens 1. Seruitus 10.16. Superbia 35.36. Tenebræ 2. Testis 1. Tirannus 11. Veritas 34. Vita 29. Vsura 233.239.299.

3 Liberat Deus sanctos suos a quadruplici igne, primo carnalis tentationis, secũdo, temporalis tribulationis, tertio, æternæ damnationis, quarto, diuinæ indignationis: primo igne utuntur lasciuientes, secundo, impatientes, tertio impœnitentes, quarto superbientes. Esa.43.me°.E.

¶ Libere. Actus.11. Deus 318. Electio 2.3.

1 ¶ Libertas cuiuslibet rei, est dominium & potestas sui actus ad opposita. 1a.quæstio.83.3.4.0./.2.distin.23.qu. 1.1.c./.d. 24.quæst.1.1.1m./.d.25.1.c./.2m./.3m./.Con.2.cap°.47./. Veri.q.22.6.0./.Ma.q. 16. 5.0. Actio 44. *Animal.57.&c. Quid

2 De ratione uel necessitate libertatis non est, esse primã causam sui, id quod liberum est. 1a.q.83.1.3m./.Veri.q.24.1.3m. Ma.q.3.2.4m.

3 Posse uelle malum, non est libertas, nec est pars libertatis. 1a.quæst.62.8.3m./.22æ.quæst.88.4.1m./.1.distin. 42. quæst 2.1.3m./.2.d.7.quæst.1.1.3m./.d.25.1.2m./.d.44.quæst.1.1.1m. /.3.d.12.quæst.2.1.2m./.3m./.d.18.2.5m./.Veri.quæst.22.6.c. fi./.quæst.24.3.2m./.7.4m./. Ma.quæst.16.5. c. *Applicatio 2. Charitas 128. Causa 70. Cogitatio 2. Dãnatio 2.23.&c. Datio 2. Deus 318.

4 Tota radix libertatis, ut subiectum, est uoluntas, ratio autem, ut causa. 12æ.quæst.6.2.2m./.quæst. 17.1.2m./.2.distin. 24.quæst.1.3.5m./.Veri.quæst.24.2.0./. 6. 4m. *Dominatio 1. Dominium 4.&c. Eleemosyna 4. Electio 12.13.14. Aequalitas 15. Filiatio 9. Habere 2.

5 Summum libertatis, conuenientissime est in uoluntate. 2. d.25.2.4m. L.prin°. *Hæreditas 2.

6 Libertas uolũtatis est quo ad tria. s. quo ad exercitiũ actus, determinationem actus, & ordinem finis. Prima est respectu cuiuscunq; obiecti, & in quocũque statu naturæ. Scda nõ est respectu finis, sed aliorũ, & in quolibet statu. Tertia est tm in statu uiæ. Ver.q.22.6.c./.Ma.q.6.c. *Ieiunium 9. Imperare 7. Infidelis 5. Iudæi 26. Iudex 7. Lex 39.141.142

Li

Matrimoniū.42.84.87.110.112.Methaphysica.16.Ordo.97.100.101.Peccatum.200.Possibile.7.8.Potentia.20.Principatus.1.Proph^a 93.Propo°.8.Sanctitas.2.6.Seruitus.9.11.13.Sōnus.1.Status.1.Tēpus.44. Thomas.5. Tyrannus. 6.10.11.Triburum 2.5.6.Virginitas.37.Votum.9.10.

7 Libertas q̄druplex.s.libertas a coactione, miseria, peccato,& iustitia.Prima cōuenit per se libero arbitrio, non aūt aliç. 2.d.25.5.o./.Verit.q.24.1.11m./.10.7m./.Ma.q.6.23m./.Io.8.le.4.prin°.h.fi./.Ro.6.le.4.me°. D./.c°.8.le.4.me°.H. Coactio.4.Vsura.90.

8 Libertas opponitur necessitati coactionis, non autem necessitati finis,1ª.q.82.1.c./.1m./.22ę.q.44.1.2m./.3ª.q.14.2.c./.4.d.15.q.4.ar.1.q.3.1m. .Con.3.c°.138.prin°./. Veri.q.22.5.o./.q.23.4.c./ 17m./.q.24.1.20m./.Po^a.q.10.2.5m./. Ma.q.2.3.4m./.Quol.4.23.4m./.Opus.3.c°.177./.Ro.8.le.4.me°. H.

9 Immo libertas etiam opponitur necessitati finis, cum libertas cuiuslibet rei,sit dominium & potestas sui actus ad opposita.1ª.q.83.3.4.o. Respondeo.Dubio.816. Du^m.816^m

10 Libertas a coactione,nobilius est in deo quàm in angelo,& nobilius in vno quàm in alio angelo,& nobilius in angelo quàm in homine.2.d.25.4.c./.2m./.3m.

11 Libertas triplex, scilicet arbitrii, & consilii, & complaciti,secundum Bernardum.2.d.25.5.6m./.Verit.q.24.1.11m.

55 Maxime præter naturam & rationem, iſta pecuniarum acquiſitio eſt, ſcilicet quæ eſt per tokos, ideſt in mutuo pecuniæ pro augmento pecuniæ, ſecundum Phyloſophum. Et dicit maxime, reſpectu illius acquiſitionis quæ fit in cōtractibus aliis cauſa cupiditatis tantum, quæ mala eſt, & cōtra naturam. Sed adhuc peior eſt quæ fit per exercitium turpitudinum corporalium. Sed iſta eſt maxime contra naturam, quia obligat reum ad reſtitutionem acceptorū, quod non faciunt alii duo primi modi. Opuſ.73.c°.4.

56 In vſura etiam malum incidit ſpecialiter, propter naturam actus proprii ex quo incidit, qui eſt dare mutuo, qui eſt actus liberalitatis & gratiæ. Opuſ.73.c°.4.

57 In vſura acquiritur & poſſidetur, quòd iuſte poſſideri non valet, & ſic peccatum generat, in acquirente vel poſſidente. Opuſc.73.c°.4.

D^m.1209. A. Immo accipere vſuram, in præmium a Deo promittitur. 22ℭ.q.78.1.12^m. *Reſpondeo Dubio.1209.* A.

58 Quod autem ab extraneis, iudæi vſuram acciperent, non fuit eis conceſſum quaſi licitum, ſed permiſſum, ad maius malum vitandum. 22ℭ.quæſt.78.1.12^m./.4.d.33. quæſt.2. art. 2. quæſt. 2. c.

59 In vſura eſt res facta ſua de non ſua, ſine iuſto titulo, & per fraudem rei non ſuæ. Opuſc.73.c°.4.

60 Quando res per ius naturæ deuoluitur a patribus vel parētibus in filios vel hæredes per mortem, hic modus non eſt in translatione vſuræ. Opuſ.73.c°.4.

61 Quando per ius gratiæ & liberalitatis dominus rei, dat gratis alteri quod ſuum eſt, hoc non valet excuſare ab vſura, eo quòd vſurarium vocamus eum, qui non mutuat gratis, ſed pro ſpe alicuius incrementi, quod tunc accipit, vel ſperat accipere. Opuſc.73.c°.4./.c°.7.

VI

62 Licet accipiens mutuo, libenter det mutuanti aliquod incrementum, vel dare velit, tamen ex parte accipientis, vel ſpirantis huiuſmodi incrementum, tollitur ratio gratiæ & liberalitatis, quāntum ad ipſum a quo eſt actus huiuſmodi. Et ideo non fit ſuum, iure liberalitatis ſquod accipit, quantum eſt ex parte ipſius accipientis. Opuſcul. 73.cap°. 4./.7./.15^m.

63 Mutuans poteſt exigere recompenſationem eorum tantū, quæ pecunia non menſurantur, puta beneuolentiam, & amorem eius cui mutuauit, vel aliquid huiuſmodi. 22ℭ.q. 78. 2. 0.

64 Et poteſt deducere in pactum recompenſationem damni per quod ſubtrahitur ſibi aliquid quod debet habere. Hoc enim non eſt vendere vſum pecuniæ, ſed damnum vitare. Et poteſt eſſe, quòd accipiens mutuum, maius damnum euitet, quām dans incurret. Vnde accipiens mutuum, cum ſua vtilitate damnum alterius recompenſat. 22ℭ.q. 78. 2. 1^m.3.c./.Opuſc.73.c°.7./.c°.14.

65 Recompenſationem vero damni quod conſideratur in hoc quòd de pecunia non lucratur, non poteſt in pactum deducere, quia non debet vendere id quod nondum habet, & poteſt impediri multipliciter in habendo. 22ℭ. quæſtion. 78. 2. 1^m.

66 Nec quicquid de pecunia vſuraria aliquis lucratus fuerit, quia id quod de tali re eſt acquiſitum, non eſt fructus huiuſmodi rei, ſed humanæ induſtriæ, niſi forte per detentionem talis rei, alter ſit damnificatus amittendo aliquid de bonis ſuis. Tunc enim lucrans tenetur ad recompenſationem nocumenti. 22ℭ.q.78.3.0.

67 Et tenetur mutuans computare in ſortem, vſum venalem pignoris. 22ℭ.q.78.2.6^m.

68 Sed non poteſt deducere in pactum, vt ſibi remutuetur, ſed poteſt recipere mutuum ſine obligatione. 22ℭ. quæſtion. 78. 2. 4^m.

69 Et poteſt ſperare munus gratuitum, non ex pacto tacito vel expreſſo, quia dat de ſuo, non autem ſimoniacus. Ma. q.13.4.13^m./.Opuſ.21.q.4.

70 Et poteſt accipere munera gratis oblata, non autem cum pacto tacito vel expreſſo. 22ℭ.q.78.2.0./.Ma qu.13.4.10^m./. Opuſc.21.q.3./.q.4./.Opuſc.73.c°.3./.7.

71 Quicūmque ergo ex mutuo ratione mutui, ſperat lucrum peccat vſuræ vitio, ſecundum auctoritatem euangelii, ſed non ſic qui ex mutuo vitat damnum, vt ſi forte per detentionem talis rei mutuatæ alter ſit damnificatus, amittendo aliquid de bonis ſuis. Tunc enim tenetur ad recompenſationem nocumenti, ſicut & tenens pecuniam vltra terminum, tenetur reſtituere, non quidem totum lūcrum poſſibile, ſed ſecundum extimationem, penſatis periculis, laboribus, & expenſis. 22ℭ. quæſt. 62. 4. 1^m./. 2^m./. quæſt. 78. 1. 3^m./.2.1^m./.3.c./.4.diſtict.15.quæſt.1. artic. 5. quæſt. 2. 4^m./. Ma.q.13.4.3^m./.Opuſ.73.c°.7./.c°.14.

72 Item primum non poteſt fieri ſine iniuria Dei, qui hoc prohibuit fieri, nec ſine iniuria proximi, cui gratis debuit fieri illud, ex quo lucrum ſperatur, quod eſt contra gratiam, & ſic non poteſt fieri ſine vſuræ vitio. Opuſ.73.c°.14.

73 Sed ſecundum, ſcilicet vitare damnum, poteſt iuſte fieri, ſine vſuræ vitio, eo quòd per hoc non fit Deo iniuria, eo quòd non prohibetur aliqua lege, nec etiam fit iniuria proximo, quia nihil minus accipit pro tempore mutuationis, quàm reddere teneatur, eo quòd tempore quo ei mutuatur tantum valebat, quantum reddere tenetur. Nec etiam vitiaretur, ſi tempus a mutuante determinetur, in quo verſimile eſt, pecuniam vel rem mutuatam minus valituram, quàm valeret tempore mutuationis, quia ex ſola dilatione temporis, non accidit vilificatio, ſed magis vel ex voluntate legiſpoſitiū, vel ex natura rei vel pecuniæ. Nec in hoc damnificatur, qui mutuum accipit, quia non ad hoc accipit, vt ipſam vſque ad tempus illud ſeruet in quo verſimiliter minus valitura eſſet, ſed vt ipſa pecunia vteretur pro tempore illo, pro quo valorem ſuum reſeruaret quem habebat cum eam in mutuo acceperat. Opuſ.73.c°.14.

74 De eo vero qui dat mutuo bladum, vel vinum, vel oleum, ad certas menſuras, & hoc in tempore quo minus valent, vt ſibi reddatur *in æqualibus menſuris*, & pōderibus, & ſpeciebus, in alio tempore, quo verſimile eſt, res prædictas plus valituras, quia videtur primo ex eo quod iam dixim⁹ quòd licitum ſit, ſic mutuum dare, quia nihil plus accipit q̄ datur, eo quòd huiuſmodi res, numero, pondere, & menſura realiter redduntur. Item quia in hoc, dans mutuo videtur tantum vitare damnum, & non ſperare lucrum, quia ſi res hmōi venderentur in tempore quo minus valent, ex

hoc

VI

hoc damnificaretur dominus ipſarum: vnde etiam & licite poteſt eas uendere pro tempore illo, in quo plus ſunt ualituræ verisimiliter, nec eſt vſura, ſecundum decretalē. Quarevi detur ſimiliter, quòd licite poſſit eas res mutuo dare, reddēdas ſibi In tempore, quo verisimiliter plus ſunt ualituræ. Et in hoc caſu, cōſcientia aut excuſat, aut accuſat. Opu.73.c.14.

75 In hoc caſu, conſcientia aut excuſat, aut accuſat: quia uero mutuum debet fieri gratis, & ſine ſpe lucri, quandocumque in mutuo, uel ex mutuo, intenditur ſpes lucri, tunc nō caret uitio uſuræ. *Sed ſic non eſt in emptione & uenditione, niſi* habeat rationem mutui. Si.n. aliquis carius uelit uendere res ſuas, quàm ſit iuſtum precium, ut de pecunia ſoluenda, emptorem expectet, manifeſte uſura cōmittitur, quia huiuſmodi expectatio precii ſoluēdi, habet rationē mutui: vnde quic quid ultra iuſtum precium, pro huiuſmodi expectatione exigitur, eſt quaſi precium mutui, quod pertinet ad rationē vſuræ. Similiter etiam ſi aliquis emptor uelit rem emere ullius quām ſit iuſtum precium, eo q̄ pecuniā ante ſoluit, quàm poſſit ei res tradi, eſt peccatum uſuræ, quia etiā iſta anticipatio ſolutionis pecuniæ, *habet mutui rationē cuius* quoddam preciū eſt, quod diminuitur de iuſto precio rei emptæ. Si uero aliquis de iuſto precio uelit diminuere, ut pecuniā prius habeat, nō peccat pctō vſuræ. 22ℭ.q.78.2.7^m./.Op.73.c°.14.

76 Poteſt autem excludi ſpes lucri ab intentione dātis mutuo, modo prædicto dupliciter. ſ. uel qñ dans mutuo, paratus eſt omni tempore accipere rē mutuatā, etiā ante illud tempus determinatum, quo res verisimiliter, deberent eſſe chariores. Et hoc modo ſpes lucri, & ſi peraccidens intendatur, non tamen per ſe, quia non tollit rationem gratuiti a mutuo. Vel quando dans mutuo, etiam tempus illud determinauit, in quo verisimiliter, res pl⁹ ualituræ etant, q̄p ſolā dāni vitatio nem. Tunc enim damnum uitat, quando neceſſitati proprie conſulens, intendit cōſeruare res ſuas ſibi magis neceſſarias ad uſum uitæ, quas ſi tunc non haberet, oporteret eas alibi emere, & ſic reportaret dānum de gratia mutui facta proximo. Et ſic intendens, in mutuando excuſatur ab omni vitio vſuræ. 22ℭ.q.62.4.1^m./.2^m./. Opu.73.c°.7./.14.

77 Ex his poteſt patere, quòd non tantum ex dilatione tēporis, ſed ex natura rei, relata ad temporis vel loci conditionē, pōt accidere vſura, ſcilicet quando aliquæ res ſiue pecuniæ dantur mutuo, æquales reddendæ in ſpecie, & numero, & pōdere, & menſura, & tamen quia mutuans ſperat eandem rem *numero plus ualituram in tempore determinato quo* debet reddi, vel in loco, & propter hoc ipſe mutuauit reddendam ad tale tempus vel ad talem locum, vt in tempore vel loco determinato ſibi reddatur, dico quòd ibi manifeſte eſt vitiū vſuræ, quia plus ſperatur ex mutuo vel cauſa mutui, quàm detur. Opuſ.73.c°.8.

Prohibitio.78 In ſcriptura ſacra quantum ad legem veterem, condemnantur dantes pecuniam ad vſuram. Et ideo contra legē diuinā accipiuntur vſuræ. Vnde accipere vſuras ab alienis, non erat ſecundum intentionem legis, ſed ex quadā permiſſione, propter pronitatem iudæorum ad auaritiam, & vt magis pacifice ſe haberent ad extraneos, a quibus lucrabantur. 22ℭ.q.105 3.3^m./.22ℭ.q.78.1.0./.3.d.37.6.0./.4.d.33.q.2.arti.2.q.2.c./. Ma.q.13.4.0./.Quo.3.19.0./.Opuſ.73.c°.15.

79 Lex autem noua, prohibet ſperare aliquid ex mutuo: quare, magis accipere erit contra legem euangelicam. Sed quod eſt contra legem diuinam, ſecundum nullam aliam legem, poteſt eſſe verum aut iuſtum, eo quòd lex diuina ſit prima & vniuerſalis origo omnium legum iuſtarum, ſicut deus eſt origo omnium entium. Opuſ.73.c°.15.

80 Eſt etiam vſura contra legem naturæ, quia in hoc finis conueniens ſecundum naturam actus humanæ vitæ, corrumpitur. Huic.n. actui, qui eſt mutuum dare, cōueniens finis oſtēditur naturaliter. ſ. finis *communis ſocietatis*, & fraternę charitatis, in ſubueniendo proximorum neceſſitatibus, & ideo gratis fieri debet naturaliter. Quare quāndocūque huiuſmodi actus fit propter ſpem alicuius cōmodi vel lucri, tunc ab eo tollitur finis, qui naturaliter competit ei, & ſic cōtra naturam. Quare iuri naturali repugnat. Ideo non tantum ſit in iuſtum contra legem diuinam, ſed etiā contra ius naturale. 22ℭ.q.78.1.0./.Opuſ.73.c°.15./.Quo.3.19.0.

81 Secundum theologiam vſura condemnatur tāquām peccatum mortale, & graue, & æterna morte dignum. 22ℭ.q.78.1. 0./.4.d.33.q.2.ar.2.q.2.c./.Ma.q.13.4.0./. Quol.3.19.0./.Opuſc.73.c°.4./.15.

82 Quædam vſuræ in ſacra ſcriptura, & etiā in legibus humanis conceſſæ ſunt, tāquām *licite*, ſicut quādo nō pōt quis aliter rem ſuam quām per vſuram requirere. Opuſ.73.c°.4./.7.

83 Quandocumque vſq̄ poteſt accipi ut ſua res, aliquo iuſto titulo, etiā ſine ſcrupulo inculpabili acceptio. Et hoc eſt quādo res violenter detinentur, & ſunt aliorum ſecundum veritatem, & per vſuram acquiruntur vel detinentur. Opuſ.73. c°.4./.7.

84 Culpa ſecundum quòd eſt contra charitatem dei, coactione non tollitur nec expiatur, ſed ſolum pœnitentia uoluntaria valet emendari. Sed culpa quæ contra charitatem proximi directe cōmittitur, etiam legibus tam diuinis quàm humanis coercenda eſt. Quia ergo vitium vſuræ directe eſt contra charitatem dei qui ipſam *in* lege ſua prohibet & condēnat, & contra charitatem proximi, pœnis eſt coercendum. Opuſ. 73.c°.21.prin°.

85 Generaliter pœnæ publicæ, ſolum uitiis publicis ſunt infligendæ. Et ideo uſurarii publici, pœna iuris coercendi ſunt, & aliquando propter contumaciam comitantem, eſt etiam pœna iudicis adiungenda. Opuſ.73.c°.20.

86 Leges vero humanæ, aliquando conſiderant iuſtitiam, prout eſt conſeruatiua pacis exterioris inter homines, & ideo leges tales non puninnt niſi quod hanc pacem deſtruit. Aliquādo etiam *prout* magis illuſtrantur *lumine fidei*, & iuris diuini, conſiderant etiam iuſtitiam veram & interiorem, & ſic etiā leges canonicæ prohibent & puniunt vſuras. Opuſcul. 73. cap°. 15.

87 Ius poſitiuum tamen permittit vſuras, non quidem vt iuſtas ſed ne communitas patiatur multas incōmoditates. Per vſuram.n. retinentur multæ hæreditates, & vitantur dāna quam plurima, propter quod etiam leges humanæ eam permittūt, & non puniunt, ſicut puniunt & prohibent furta & rapinā. Iuſtinianus tamen imperator, ſanctas ſanctiones ſiue leges, ſubiecit eccleſiaſticis inſtitutis, ſed præcipue in vſuris & matrimonio, in quibus tota vita ciuilis verſatur. 12ℭ.q.96.6.c./. 22ℭ.q.78.1.3^m./.Ma.q.13.4.6^m./.Opuſ.20.li⁹.3.c°.18.prin°. /.Opuſ.73.c°.4.fi.

88 Quædam uerba iuris etiam inueniuntur, quibus ratio dubii, & pericula euentuum, videntur omnino excuſare, vſuræ vitium in quibuſdam permutationibus & contractibus. Op. 73.c°.6.prin°.

89 Quòd autem ſit deſtitutio rei in vſura, contra iuſtitiam humanam, licet videatur præcipue facta voluntarie, & ēt quia leges humanæ non puniunt, quæ tamen iniurias punire debent, aduertendum eſt, quòd voluntas hominis, aliquando reſpicit volitum propter ſe, & aliquando propter aliud. Quādo autem propter ſe, tunc ſi illud volitum ſit ſimpliciter iuſtum & bonum, tunc uoluntas eſt bona, & opus ex ea procedens, eſt bonum & iuſtum. Si autem ſit iniuſtum & malum, tunc ſimiliter voluntas eſt mala. Si vero reſpiciat volitum nō propter ſe, ſed propter aliud, ſicut cum aliquis vult proiicere merces in mare, ut ſic euadat periculū, tunc eſt diſtinguēdum. 12ℭ.q.6.6.c./.Opuſ.73.c°.15.

90 Illud enim iterum propter quod, volitum dicitur aliquid, aut habet rationem iuſti, aut iniuſti, aut indifferenter: & hoc primo modo iudicatur adhuc voluntas iuſta & bona cōparatiue, ſed tamen poteſt eſſe iniuſta ſimpliciter, vt ſi aliquis vult furari, vt pauperibus tribuat. Sed ſecundo modo poteſt iudicari iuſta & libera abſolute, quando illud volitum, eſt ex natura ſua iuſtum & bonum, ſed comparatiue eſt voluntas iniuſta & non libera, quando illud volitum habet malū finem. Vnde cum aliquis vult dare ſuperabundantiā de ſuo, de ſe non eſt malum nec iniuſtum, unde ſecundum hoc, uoluntas eſt abſolutа & libera. Sed quando hoc vult dare propter rationem mutui, quod non aliter poteſt habere, iam huiuſmodi voluntas comparata ad finem qui de ſe eſt iniuſtus, contrahit rationem iniuſtitię, & cadit a ratione liberalitatis. Et quia huiuſmodi iniuſtitia, patiendo magis quàm agēdo incurritur, ideo in ipſo dante eſt pœna, & non culpa. Op. 73.c°.4./.7./.15.

91 Quia in mutuis vitium vſuræ annexum eſt, ex eo q̄ fiāt ſpe lucri, quod eſt contra naturam mutui, ideo quia dubium & periculū de ſua natura non tollunt hanc vitioſitatē a mutuo quando ſit ſpe lucri, nec dubiū nec periculum excuſare poſſunt vitium vſuræ, ſecundum decretalē. Opu.73.c°.6.prin°. *In mutuis*

92 Circa illos vero contractus, uel permutationes rerū, in quibus aliquid plus accipitur quàm datur, ſi cauſa temporis per mutatio hæc fiat, iam ſpeciem vſuræ vitioſe cōmittit, eo q̄ huiuſmodi ſuperabūdantia, nec ex labore, nec ex uſu rei proprię, nec per recompenſationem alterius ſubſtantiæ, ualet reduci ad æqualitatem iuſticiæ. Si uero non cauſa temporis hæc ſuperabundantia accipiatur uel intendatur, ſaltem ratio dubii ſiue periculi, poteſt ſupplere æquitatem iuſtitiæ. Opuſ.73.c°.6. *Ratione dubii vel periculi, in mutuo.*

93 Sicut autem dictum eſt de ratione dubii in mutuo & in con

tractibus alijs, ita dicendũ eſt de ratione periculi, quia ratio periculi etiam circa ſortem, non tollit rationem vſuræ in mutuo ſecundum decretalem. In contractibus vero alijs, in quibus uidetur ſuperabundare acceptum ſuper datum, poteſt excuſare, ſcilicet quando ipſa ratio periculi, poteſt recõpenſare huiuſmodi ſuperabundantiam. Res enim quæ extra periculum poſſidetur eiuſdẽ ſpeciei, plus æſtimantur, quàm eædem exiſtentes in periculo. Et ideo ad naturam rei cõuertitur recompenſatio, quæ propter periculum æſtimatur plus uel minus ualere. Opuſ.73.c°.6.fi.

94 Cum dicitur quòd huiuſmodi cõtractus non põt excuſari a uitio uſuræ, per rationem dubij, uel periculi, intelligendum eſt, quia duplex eſt dubium, ſcilicet dubium excuſans, & dubium non excuſans. Dubium tunc excuſat, quando tollit inæqualitatem, & iuſtam æſtimationẽ dati, & accepti facit, quãtum ad rerum commutatarum naturam & uſum, ſicut quando aliquis emit decem annuatim pro centum quos ſtatim ſoluit, ad uitam ſuam uel alterius accipiendos, & conſiderata utilitate cuiuslibet reſpectu poſſidentis dubitatur uerisimiliter, quæ ſit maior, minorue, propter indeterminationem temporis, & ideo fit æſtimatio æquiualens propter dubium. Et ſic ratio dubij facit iuſtitiã æſtimationis. Ideo quicquid plus ultra datur, uel accipitur, ſiue ab emente, ſiue a uendente, tã quàm de propria ſorte recipitur. Opuſ.73.c°.9.

95 Dubium uero quod tantum reſpectu lucri vel dãni põt incidere, ex determinato tempore, illud non poteſt excuſare a vitio vſuræ, quia ex eius dubio non innaſcitur aliqua iuſta æſtimatio, quia ſperatur aliquid plus prouenturum, gratia temporis determinati tantum, quod non ualet facere iuſtam æſtimationem. Opuſ.67.1^{m}./.Opuſ.73.c°.9.

96 Conditio autem perſonæ per quam eſt in diſpari cultu, excuſat ab vſura, ſi fiat ut oſtendatur, ſolus deus eſſe dominus omnium rerum, & omnia eſſe data, ad cultum dei promouendũ. Et ideo uirtute fidei, tollitur in illo caſu malitia uſuræ, quia tunc non fit ſpe lucri. Opu.73.c°.7.prin°.

97 Conditio quæ facit hoſtem dignũ morte, excuſat a vitio vſuræ, quia fit zelo iuſtitiæ & charitatis, quæ quantum poteſt, inimicos fidei.ſ.tyrannos & hæreticos conatur deſtruere, et eodem iure quando non poteſt aliter res ipſorum quàm per vſuram requirere. Op.73.c°.7.

98 Conditio quæ ſumitur atque reperitur in iure ratione dotis vel paternæ promiſſionis, excuſat a vitio vſuræ, ſicut cũ aliquis accipit cum vxore in dotem aliquam hæreditatem, vel fundum, vel redditus annuos pro aliqua certa ſumma pecuniæ in pignore, tunc poteſt huiuſmodi fructus percipere, ſine diminutione dotis, quàmdiu ratio impignorationis manet./. Op.73.c°.7.

99 Conditio quæ poteſt accipi ex natura rei, excuſat a vitio vſuræ.ſ.quando res quæ accipitur in pignore, eſt illius qui accipit in pignore de iure, ſed de facto detinetur violenter ab alio, tunc poteſt illæ percipere fructus pignoris, vltra ſortem, eo quòd vt ſuum recipit, & non vt alienum./.Op.73. c°.7.

100 Conditio quę dicitur intereſſe, ſiue damni recompenſatio, & non ſpes lucri, poteſt excuſare a vitio vſuræ, vt ſi quis mutuo dederit gratis, vſque ad terminum aliquem determinatũ, in quo indiget ſua pecunia pro aliqua neceſſitate, & mutuum non fuerit redditum ad prædictum terminum, poteſt mutuãs repetere vltra ſortem, quicquid damni incurrit propter defectum ſolutionis. Et hoc modo poteſt etiam fideiuſſor repetere vſuras a debitore, quas perſoluit creditori propter defectũ debitoris, quia ibi patet ratio iuſtitiæ, quia non ſpe lucri accipitur, ſed pro recompenſatione damni.22æ.q.78.2.1^{m}./.3.c./. Opu.67./.Opu.73.c°.7.14.

101 Si dubium vel periculum excuſare valeant conditiones ſiue circunſtantiæ, hoc non erit, niſi habeant virtutem tollẽdi rationem vſuræ veræ dictæ. Op.73.c°.6.prin.

102 Conditio quæ ſumitur tantum ex ſpontanea oblatione, excuſat a vitio vſuræ, ſcilicet quando tam ex parte dãtis quàm accipientis, gratis aliquid offertur.22æ.q.78.2.o./.Ma. q.13. 4.10^{m}./.Opu.21.q.3./.q.4./.Op.73.c°.4./.7.

103 Cauſa propter quam huiuſmodi conditiones excuſant a vitio vſuræ, eſt, quia ſcilicet nulla circunſtantia poteſt trãſmutare in moribus de bono in malum vel econuerſo, niſi quæ tollit de natura ſui rationem bonitatis vel malitiæ. Opuſc. 73. cap°.7.

104 Vſura igitur in mutuis vitium eſt dupliciter, ſcilicet primo quia corrumpit liberalitatem, cuius eſt mutuũ dare. Et hãc rationem vitij tollit vltima conditio, ſcilicet quando gratis aliquid vltra ſortem datur vel accipitur. Corrumpit etiam debitum finem, ſcilicet quando aliquid accipitur ſpe lucri, & ſine recompenſatione iuſta. Et hanc malitiam tollit prima conditio, & ſecunda, & quinta. Op.73.c°.7.

105 Contingit etiam aliquando vſuram accipere in alijs contractibus, in quibus aliquid petitur plus quàm detur, ſine cauſa. Et hoc etiam excuſari poteſt omnibus modis prædictis, & duobus etiam alijs. Op.73.c°.7.

106 Et hoc poteſt contingere, quando illud quod vltra ſortem recipitur, fit ſuum iure naturæ, ſicut fructus pignorum pro dote vxoris, vel pro prouiſione filiorum, vel poteſt fieri ſuũ iure æquitatis, ſicut res ipſa quæ impignoratur, quando ſecũdum æquitatem erat illius qui fructus percipit. 22æ. q.78.2. 6^{m}./.Op.73.c°.7.

107 In vſura vero eſt vitium ſiue malum, per viam fictæ æquitatis, quia fænerator rem vel pecuniam transferens, vt ꝑ tranſlationem aliquid plus recipiat quàm dederit, ſemper aliquã æquitatem, in acceptione ſuperabundantiæ prætendit, quæ non poteſt eſſe, niſi tempus illud, in quo huiuſmodi gratiam facit, & in quo expectat receptionem ſortis. Op.67.o./.Opu. 73.c°. 4.

108 Fœnerator de re non ſua, & quæ eſt æqualiter accipientis & dantis, & quæ gratis a deo omnibus datur, intendens æquare & recompenſare rem acceptam, fraudem facit proximo, cuius eſt tempus quod ſibi vendit & fraudem deo, cuius rẽ gratis datam, ſub precio ponit. Op.73.c°.4.

109 Fœnerator de tempore quod commune eſt, recõpenſare intẽdit illud, quod plus accipit quàm dederat. Op.73.c°.4.

110 Secundum prolongationem temporis vel abbreuiationem, augmentatur ſuperabundantia vſuræ, vel minuitur. Opuſc. 73.c°.4.

111 Superabundantia vſuræ, nullo iure vel iuſto titulo acquiritur vel poſſidetur. Quare & malum eſt de ſui natura & vituperabile, quia voluntate fit humana. Op.73.c°.4.

112 Conſtat quòd nec labore aliquo, fit recompenſatio in cõtractu vel acquiſitione vſuræ, quia tantum lucratur fęnerator dormiens, ſicut vigilans, & in diebus ſolemnibus, ſicut in ferijs communibus. Op.73.c°.4./.8.

113 Non immerito quæritur a peritis, vtrum vſura ſit vera res aliena, & non ſit vera poſſeſſio accipientis. Op.73.c°.5. prin. Non transfertur dominium.

114 In vſuris non transfertur dominium.22æ.quæ.78.3.c./.3^{m}./. Quo.3.q.7.2.c./.Op.73.c°.5.

Immo in vſuris transfertur dominium, ſecundum aliquos, 4.d.15.q.2.ar.4.q.2.c./.Opuſ.73.c°.19. Reſp.Du°.1209.

115 Fœnerator etiam ſecundum leges humanas, rem alienã trãsferre in dominium alterius, ſecundum id quod aliena ſibi iudicatur non poteſt, ſed ſecundum ꝙ ſua eſt. Op.73.c°.5. Du°.1139. B

116 Quidã doctorum qui theologice magis procedunt, ſimpliciter affirmant, in vſura non transferri dominium. Alij vero qui iura ſcripta, & humanas leges attendunt, ſimpliciter trãsferri dominium dicunt. Op.73.c°.5.prin°. *Dominium 17.

117 Non eſt reſtituendum niſi quod eſt alienum & non ſuũ, quare vſuræ non ſunt in dominio poſſidentis.22æ. q. 78. 3. o. /. Op.73.c°.5.prin°.

118 Cum vna res ſimul habere duos dominos non valeat, a ſe inuicem diuerſos & æquales, & omnis vſura reſtituenda ſit ſecundum legem diuinam ei a quo accepta eſt, ſicut vero domino, ſequitur quòd reſtituens non habet verum eius dominiũ & ſic nõ erat translatum in accipientem vſuram. 22æ.q.78. 3.c.fi./.3^{m}./.Opuſ.73.c°.5.

119 Credimus in vſura non transferri dominium, ſed tantum lege humana translatum iudicamus. Op.73.c°.5.

120 Quæ mouere poſſunt theologos, aſſerentes in vſura nõ trãsferri dominium, ſunt quædam auctoritates, & ex his rationes conſequentes. Op.73.c°.5.

121 Econtrario mouet quoſdam legiſtas & iuriſperitos, quòd in vſuris transfertur dominium, quia ſecundum oẽm legẽ res aliena cuius dominium non transfertur, ſemper eſt reſtituẽda vero domino, eadem numero. In vſura autẽ etiã ſecundũ legem diuinam hoc non iudicatur. Op.73.c°.5.

122 Sicut furta & rapinæ male poſſidentur, ſic & vſuræ, ſecundum Auguſtinum. Et malignam fęnoris excogitationem, ſi quis appellaret furtum, aut homicidium, non peccabit, ſecundũ Gregoriũ Niſſenũ. Ma.q.13.4.b.2./.Op.73.c°.5.prin.

123 Fœnerator nõ eſt verus dominus vſurarum, ſicut nec raptor rapinarum, quia vterque male poſſidet, & ideo alienum poſſidet, & non ſuum. Op.73.c°.5.

124 Licet vſura ſit quædam ſpecies ſiue modus de genere rapinę et furti, differt tamẽ in duobus a furto et rapina. Primo quia furtum et rapina nullam habent ſpeciem æquitatis, eo ꝙ ꝑ violentiam occultam et apertã cõmittuntur. Vſura vero aliquam ſpeciem æquitatis prætendit, quia vr̃ æquũ et iuſtũ, vt beneficio exhibito, reddatur aliquod æmolumentũ, quàm uis ſecundum rei veritatem, non debeatur tali beneficio aliquid ex iuſtitia, niſi tantum ex gratia, quod eſt beniuolentia & gratiarum actio. Secundo quia in uſura, aliqua vtilitas videtur prætendi reipublicæ, non autem in furto vel rapina. Op.73.c°.4.fi.

125 Vſura non poteſt habere rationem furti uel rapinæ, niſi propter detentionem alicuius rei alienæ inuito domino. 22æ.q. 66.3.c./.Op.73.c°.5.prin°.

126 Quoniã antiqui hoſtis ſuperſeminata humanæ naturæ zizania cupiditatis & auaritiæ, uſurę vitium produxit, non tãtum in mutuis, quaue luce diuinæ ueritatis, in ſcriptura ſacra manifeſte condemnata eradicatur, ſed etiam in alijs contractibus diffudit, in quibus ſub ſpecie æquitatis & iuſtitiæ humanæ, quaſi abſcõdita fœnetatur, idcirco in hac parte quęrentes detegere hanc malitiam, de his contractibus in quibus latet dicemus. Op.73.c°.8.prin°. Contra [illegible]

127 In eodem contractu ſecundum ſpeciem, poteſt incidere vitiũ vſuræ, ex intentione corrupta, & vitium auaritiæ ſine uitio vſuræ, ex turpitudine lucri, & alias etiã poteſt fieri ſine omni uitio, quando fit propter neceſſitatem uitæ. Opu. 73.c°.8.

128 Suppoſito ꝙ in uenditione ad terminum, conſuetudo de dilatione ſolutionis uſque ad ſpacium trium menſium vel huiuſmodi, ſit ad cõe bonum mercatorum .ſ. pro expediendis mercantijs ſiue mercationibus ſuis, & non in fraudẽ uſurariam introducta, uidetur eſſe diſtinguendum Op.67.1^{m}.

129 Aut enim vendit venditor, mercationes ad terminum prædictum, ultra quantitatem iuſti precij, propter expectationem, aut ſecundum iuſti precij quantitatem. Op.67.1^{m}.

130 Si primo modo, non eſt dubium, uſurarium eſſe contractum cum ibi expectatio temporis ſub precio cadat. Opu.67. 1^{m}./. Op.73 c°.10.prin°.

131 Nec poteſt eſſe excuſatio, ſi ſecundus uenditor ſit primi miniſter, cum ad nullam cauſam liceat, pro tempore expectationis pecuniæ precium augeri. Op.67.1^{m}.

132 Si autem uendat ſecundo modo.ſ.ſecundum iuſti precij quãtitatem, non eſt uſura. Op.67.1^{m}.

133 Eſt generaliter tenendum, quòd in omnibus contractibus, in quibus accipitur plus a uendente uel emente quàm dederit, & non fuerit ratio huiuſmodi augmenti in uſu rei, ſiue in natura ipſius rei, nec producta fuerit ex temporis aliqua conditione exiſtente in ipſis rebus, ſed accidit incrementum ex dilatione temporis conceſſa a uendente uel emente, ut ꝑ hoc plus accipiat, tunc talis ſuperabundantia accepta ſuper datum, uſura dicitur, & uſuræ tenet uitium, quia ſine iuſta ratione generatur in talibus contractibus & mutuis. Et hoc vocatur apud iuriſperitos, & etiam uulgariter uẽdere, uel emere ad credentiam. Opu.21.o./.Op.67.o./.Op.73.c°.8.*Credentia. Vendere 7.in.

134 Credentia precij perſoluendi in tempore futuro, poſt aliquẽ contractum, poteſt incidere in contractibus ſine vitio vſuræ, tribus de cauſis.ſ. uel per gratiam & liberalitatẽ uenditoris, ideſt, quando res uenditur ſecundum æſtimationem iuſtam pro tempore uenditionis & commutationis ipſius rei, & ipſe uenditor, expectat ſolutionẽ in prolixo tẽpore liberaliter, & per gratiam quam habet ad emptorem. Opu. 73.c°.10. Prohibitio

135 Vel ſecundum meritum & iuſtitiam ipſius contractus, & per gratiam uenditoris, ut ſi qua res uendatur in aliquo tempore in quo habet tantam neceſſitatem & utilitatem humanæ uitæ, ſicut in futuro aliquo tempore habitura eſt ſecundum naturam temporis, & uenditor rem ſuam intendat uendere pro illo tempore, in quo habet maiorem neceſſitatem & utilitatem, & in quo plus ualitura ſit, quàm ualeat in tempore quo uenditur, iuſtum eſt ex natura contractus, quòd uenditor ſaltem expectet tempus illud, pro quo facit maiorẽ æſtimationem precij. Op.73.c°.10.

136 Vel poteſt incidere credentia per accidens .ſ. ex malitia uel paupertate emptoris. Et hoc modo uendere carius rem ſuã, quàm ualeat tempore uenditionis uel etiam quàm ualitura ſit probabiliter in futuro tempore, quo ſolutio determinatur poteſt excuſari a vitio vſuræ, per intentionem uenditoris, licet ipſe contractus de ſe ſit uitioſus. Op.73.c°.10.

137 Non obſtat ſi uenditor pro minori peccato precio daret, ſi ſtatim ſibi pecunia ſolueretur. Quod etiam per ſimile poteſt in alijs debitis uideri. Op.67.1^{m}.

138 Si enim alicui debeatur aliquid ad certum terminũ, quicumque de eo quod eſt ſibi debitum dimitteret, ſi ſibi citius ſolbatur, talis immunis eſſet a peccato uſuræ. Opu.67.1^{m}.

139 Licet enim plus debito accipere, propter temporis dilationẽ, uſuram ſapiat, minus tamen accipere, ut ſibi citius ſoluatur uſuram non ſapit, maxime ex parte eius qui minus recipit, quàmuis ex parte eius qui minus dat, ubi citius ſoluat, uideatur eſſe aliquis modus vſuræ, cum ſpacium temporis uẽdat. Opuſ.67.1^{m}.

140 Vnde etiam in caſu propoſito, plus eſſet de uſura timendum emptori, qui ut ante tres menſes minus ſoluat, iuſta æſtimatione pannos emit, quàm uenditori qui minus accipit, ut citius ſibi ſoluatur. Op.67.1^{m}.

145 Per anticipationem ergo temporis, aliquando generari põt uitium uſuræ, ſicut per dilationem uel prolongationẽ, 22æ. q.68.2.7^{m}./.Op.67.1^{m}./.Op.73.c°.8.

142 Ille qui ad certum terminum debet, ſi ante terminum ſoluit vt ei aliquid de debito dimittatur, vſuram committere videtur, quia manifeſte tempus ſolutionis pecunię vendit. Vnde ad reſtitutionem tenetur. Opuſ.67.4^{m}.

143 Nec excuſatur per hoc, quòd ſoluendo ante terminum grauius, vel ꝙ ab alio inducitur, quia eadem ratione poſſent omnes uſurarij excuſari. *Opuſ.67.4^{m}.

144 Contractus uſuræ, non habet rationem venditionis & emptionis, nec rationẽ ꝑmutationis, ſicut apparet ex forma verborum, & ex tranſlatione pecuniæ, vel rei datæ mutuo, propter quod ſi vltra exigitur quàm datur, iniuſta eſt commenſuratio. Opuſ.73.c°.4. Differẽtia.

145 Quando ſm̃ æquitatem iuris fit recompenſatio rei ꝉ, ſicut in venditionibus & emptionibus rerum, vel recompenſatio laboris ſicut quando laborantibus redditur merces laboris, cõſtat ꝙ in hac via, non poteſt inueniri vſura, ratione iuſtæ poſſeſſionis & acquiſitionis. Opuſ.73.c°.4.

146 Si quis rem aliquam emat pro pretio minori quàm valeat tempore emptionis, uel pro pretio æquali, rem tamen percepturus in tempore quo ſperat eam plus valituram, uel etiã ſi quis uendat rem pro precio maiori quàm valeat tempore uenditionis, ſperans tamen ꝙ tantum ualitura erit tempore ſolutionis, ſi uerisimiliter dubitatur, utrum plus uel minus poſſit ualere pro tempore illo, pro quo uenditur uel emitur res, in talibus ratio dubij excuſare põt a vitio uſuræ, & facere æquitatem iuſtitiæ, licet plus accipiatur quàm detur, eo ꝙ ratio huius dubij, ponit extimationem ualoris in reb⁹, ex ipſa natura rerum, quæ in tali tempore plus uel minus poſſunt ualere. Opu.73.c°.6.

147 Non cauſa temporis tantum ibidem plus expectatur, ſed propter ipſam naturam rei, quæ plus ualet aliquando in uno tempore quàm in alio, & aliquando minus. Et hoc modo ratio dubij, & periculi etiam localis poſſunt excuſare contractus aliquos, qui aliàs iudicarentur uſurarij ſecundũ decretalem.22æ.q.62.4.2^{m}.fi./.Op.73.c°.6.

148 Si aliquis poſt auguſtum, multum de blado, uel de uino habeat uenalia, & pro illo tempore menſura bladi, tres ſolidos tantum ualebat, & modius uini tantum decem, & uẽdat bladum pro quatuor ſolidis, & uinũ pro duodecim, recepturus tamen pecunias, in feſto Ioannis, quia nec uolebat dare pro minori pretio, etiam ſi ſtatim reciperet, eo quòd rem ſuã æſtimabat tantum ualituram probabiliter in prædicto tempore ſolutionis, dico quòd non committit uſuram, quia illud non accipit cauſa temporis, ſed pro natura rei, quam probabiliter & uerisimiliter dubitare poteſt tantum ualituram, in tempore pro quo uendidit, etiam ſi non ualuit tantum, in tẽpore pro quo uendidit. Op.73.c°.6.

149 Et hæc ratio poteſt applicari, ad aliquos alios contractus, ẽt quando res minus emitur, quàm ualeat tempore emptionis, recipienda tamen in alio tempore in quo uerisimiliter poteſt dubitari, utrũ plus uel minus ſit ualitura, quàm empta ſit, quia ſic ibi non committitur uſura. Op.73.c°.6.

150 Quod autẽ cauſa tẽporis accidit in cõtractibus, ſicut in mutuis quando aliquid ſorti accidit, ſine iuſto titulo, quia ipſe facit ſuum per fraudẽ.ſ.uendendo tempus quod dei eſt, & datum communiter omnibus, & non poteſt habere titulũ ſucceſſionis naturalis, ſeu gratuitæ donationis, ſeu iuſti lucri, ꝑ meritum proprij laboris, uel per recompẽſationẽ rei propriæ uel uſus propriæ rei, eſt uſura. Op.73.c°.8.

151 Omnis contractus in quo aliquid plus accipitur quàm datur, ſiue in ſpe, ſiue in re, & hoc tantum propter cauſam temporis, uocatur contractus uſurarius. Opuſ.73.c°.8.

152 Si autem accipiatur plus quàm detur, ſimpliciter propter extimationem uendentis uel ementis ampliorem in uno tempore quàm in alio, propter aliquam trium cauſarum prædictarũ, uel etiam propter dilationem rei in uno tẽpore quàm in alio, tunc poteſt fieri ſine uitio uſuræ, quia ſuperabundantia hmõi, recompenſatur ex ampliori ualore rei in ſe pro tẽpore, pro quo accipitur hmõi ſuperabundantia, & non accipitur pro temporis dilatione. Opuſ.73.c°.8.

153 Licet hi contractus excuſari poſsint a uitio uſuræ, ſecundũ rationem dictam, non tamen excuſantur omnino a uitio cupiditatis, quæ hic dicitur turpelucrum, quia ratione tempo-

Vsu

ris accidit sicut & usura,licet differenter.Op.73.c°.8.

154 Si autem huiusmodi contractus ordinẽtur ad vsum vitæ humanæ, excusantur ab omni turpitudine, & ostenditur, ꝙ in hmõi non fit vsura,quia usura non excusatur quantũcũque ordinetur ad uitæ necessitatem. Opu.73.c°.8.

155 Ea quæ usurarii per vsuras ab aliis extorserunt, nõ possunt per dominos temporales licite retineri, nisi forsitan essent talia,quæ ab ipsis dominis temporalibus, hactenus extorsissent,vnde si inueniuntur certę personæ,a quibus extorserũt vsuras,debent eis restitui.Opu.21.cc.1.

156 Licet accipere mutuo sub usuris ad bonum sui vel alterius, non autem licet inducere,ad faciendum vsuras 22ę.q.78.4.o.3.d.37.6.6m./.Ma./.q.13.4.17m./.18m./.19m./.Op.21.q.5.fi.Vti.16.&c.

157 Vendere autẽ carius iusto, propter dilationem solutionis, vel emere uilius propter anticipationem,est vsura,nõ autẽ econuerso 22ę.q.77.1.1m.fi./.q.78.2.7m.

158 Si.n.mercatores tusciæ,portãtes pãnos de nũdinis Licinati, vt vsque ad tps resurrectionis expectẽt pretiũ, plus vẽdãt pãnos q̃ debeãt ẽm cõem forũ,nõ ẽ dubiũ eẽ usurã.Op.67.2m

159 Si aũt vendãt ẽm cõem forum, & non plus q̃ valẽt,plus tñ q̃ acciperẽt,si eis statim solueretur,nõ est usura.Opu.67.2m.

160 Si illi qui pecuniam mutuo accipiunt sub vsuris, illã vsurã recuperare uolũt, plus uendendo pannos quàm valent, pp expectationẽ usq; ad certũ tẽpus,non est dubiũ esse vsuram, cũ tempus manifeste uendatur.Op.67.3m.

161 Nec excusantur propter hoc, ꝙ volunt se cõseruare indemnes,quia nullus debet seruare indemnitatẽ,mortaliter peccando.Opu.67.3m./.Opu.73.c°.7.

162 Et licet alias expensas licite factas,puta,in portatione pãnorũ, possint licite recuperare de eorũ venditione,non tñ possunt recuperare vsuras quas aliis dederant,cũ hæc fuerit iniusta datio, & præsertim ẽt cũ dando vsuras peccauerint si induxerũt,tãquàm occasionẽ peccãdi vsurariis prębẽtes, cũ ẽt necessitas q̃ ponitur ab eis, vt.s.mercatores honorabilius uiuãt, & maiores mercationes faciãt,nõ sit talis necessitas,q̃ sufficiat ad excusandũ pctm̃ prædictũ 22ę.q.78.4.o./.3.d.37 6.6m./.Ma.q.13.4.17m./.19m./.Opu.21.q.5.fi./.Opu.67.3m.

163 Patet.n.a simili,q a nõ posset quis in uenditione pannorum recuperare expensas, quas incaute & imprudenter fecisset. Ma.q.13.4.14m.fi./.Opu.67.3m.fi.

164 Si qs vero bladũ vel vinũ uẽdiderit vel emerit, in aliquo tẽpore vel loco, vt plus accipiat in alio,quàm dederit,tm̃ rõne tpis vel loci,licet ẽt res ꝑ tẽpore illo tm̃ valeãt,iã pp intentionẽ vsurariã,fit uitiũ vsuræ,qđ tñ bene poterat fieri,si tm̃ rei nã attẽderet,& nõ tpis vel loci cã, q̃ nullo mõ sũt aliqd de re, nec vilitatẽ nec raritatẽ faciũt ĩ reb9 ꝑ se.Op.73.c.8.

165 Aliquis debet alteri centum solidos, persoluendos post aliquos annos,vel annuatim, ad duos vel tres terminos,& vult remittere debitori tertiã,vel quartã,vel quintam partem, si soluat ei in principio anni,siue ante terminos positos qñ petierit. Cõstat aũt ꝙ in hoc casu,plus accipit q̃ datur,rõne tẽporis. Iõ si fiat cã lucri,põt ibi esse vitiũ vsuræ, qm̃ hmõi lucrum quæritur tantum ex tempore, & periculum tollitur, vel verisimiliter non põt dubitari de periculo,vtrum magis minusue,res possint ualere. Op.67.o./.Op.73.c°.8.

166 Debitor iuste debebat centũ solidos, & pp anticipationem tpis,tãtũ soluit octuaginta. Accipit ergo vltra id qđ dat.i. vltra octuaginta,viginti,quia creditoris erant illi viginti solidi, & sunt facti debitoris rõne tpis anticipati. Rõne ergo regulę datę de causa uitii in usura,quæ est,qñ plus accipitur quàm datur,cã tpis, põt esse hmõi contractus usurarius, si fiat tantum causa lucri,vt prædictum est.Op.73.c°.8.

167 Sed hic põt cadere excusatio vsuræ dupliciter.s.quãdo gratis & liberaliter creditor hmõi superabundantiam tribuit debitori,& debitor nõ causa temporis accipit,vel quãdo creditor per dãnũ proprię rei,recompensat hmõi superabundãtiã,vt quando non põt habere pecuniã,sine alicuius rei propriæ alienatione & dãno ex qua soluat creditori quod petit ante terminum solutionis. Alias est casus usurarius 22ę.q.78.3.c./.Op.67.1m./.2m./.Op.73.c°.8.

168 Si locans accipit aliquid,vltra rẽ locatam, hoc habet rõnẽ æquitatis, quia illud plus, recompensatur per vsum rei locatæ,qui est proprietas locantis, & pertinet ad eius sortẽ.i. ad rem locatã, cuius proprietas simpliciter mãnet apud locãtẽ,& iõ periculũ ẽt ipsius rei,remanet apud locantẽ,& sic ibi nõ est usura,sed aliquando in uenditione.Op.73.c°.8.

169 Sed qñ quis uendit rem aliquã,non quidẽ usum tãtũ ipsi9, sed & proprietatem eius,constat ꝙ transfertur de iure periculum rei in emente. Et quando sic uendens res hmõi,tenet periculum pœnes se,iam sic non transfertur dominium, & ideo non est permutatio uenditionis iustæ. Sed constat quòd emens eam,transtulit dominium pecuniæ quam dedit. Quare magis habet rõnẽ mutui. Et si plus sperat propter tps futurum determinatum,quàm sit datum, sequitur ꝙ sit vitiũ usuræ.Opu.73.c°.8.

170 Specialis difficultas videtur in contractibus illis, in quibus res emuntur uel uenduntur,quæ ex temporis processu recipiunt incrementum ualoris uel vtilitatis,sicut sunt sata, fœtus animalium, fructus arborũ, & spolia syluarũ,an ibi sit vitium usuræ.Opu.73.c°.8. Sata, fœtus & spolia syluarum.

171 Quia igitur hmõi res venduntur & emuntur vt frequenter ante tẽpus suæ vtilitatis uel usus,& minus emuntur quàm sint valiturę in tẽpore suæ receptionis & usus,qõ est nõ imerito,vtrũ plus recipere pro eis, vel sperare,pro tẽpore suæ receptionis,faciat usurarium contractum.Opu.73.c°.9.

172 Sine præiudicio,aliter mihi videtur esse distinguẽdũ in prædictis contractibus, & præcipue quia videmus, non de facili imminere periculum rei in uenditione spoliorum siue nemorum,sicut in aliis.Opu.73.c°.8.

173 Possunt ergo hmõi res emi, tãquàm necessariæ ad vsum vitæ ementiũ,uel causa lucri tantũ.Si primo mõ,nullũ est ibi uitiũ usuræ,quàmuis plus ualiturę sint probabiliter,tẽpore suæ receptionis,dũtamẽ æxtimatio iusta sit facta tẽpore contractus,quæ est ẽm legem naturæ, & ẽt ẽm consuetudinem humanã,in hoc ꝙ tanrũ põt ęxtimari res necessaria vitę humanæ,quantũ necessarius est vsus eius, & hoc uel simpliciter,vel pro tempore aliquo determinato.Opu.73.c°.8.

174 Et quia simpliciter apud sapientes plus æxtimatur res perfecta, quàm imperfecta, & pro determinato,æstimatur res quãtũ vendi põt inter homines,& ideo licet tales res,minus vendantur imperfecte,quam sint valituræ perfecte,nõ videtur mihi ꝙ aliquis præter sortẽ amplius accipiat, quia sors vendita est ipsius ementis, cum incremento suæ ualitudinis atque vtilitatis.Opu.73.c°.8.

175 Si autem secundo modo, idest, causa lucri tantum, fiãt huiusmodi conrtactus, potest adhuc in eis tantum turpelucrũ iudicari causa cupiditatis, quæ oritur ex conditione temporis. Et potest iterum in eis incidere uitium usuræ, & hoc quando huiusmodi lucrum quæritur tantum ex tempore & periculum tollitur, vel uerisimiliter dubitari non potest de periculo, utrum magis minusuæ ratione temporis res possint valere, quia in vsura accipitur sors pro re iuste possessa, uel debita alicui personæ. Illud autem dicitur sorti accidere: quod non pertinet ad proprietatem sortis. Opusc. 73.c°.8.

176 Emere autẽ aliqua bona, vt redditus uel possessiones ad vitã,quæ est tempus indeterminatum,vel emere aliqua prędictornm ad tempus deterrminatum.s.ad decem annos,vel ad viginti,quæ duo frequenter fiunt inter homines nostri tẽporis, in hac consideratione non tantum in emptione ad vitã alicuius,potest aliquando incidere uitium usuræ,sed etiã in emptione ad omne tempus.Opu.73.c°.9. Redditus possessionũ ad uitã.

177 Dare certam pecuniam siue summam pecuniæ alicui ecclesiæ, pro aliqualibus possessionibus eius tenendis ad vitam dantis pecuniam, & post mortem tenentis, redituris ad ipsam ecclesiam, secundum Goffredum est usurarius contractus. Sed hoc exemplum eius,tunc veritatem habere dicitur quando ecclesia, aliqua necessitate impulsa, cogitur impignorare possessiones suas,quas non potest nec vult simpliciter alienare. Tunc enim non est uenditio proprie, sed impignoratio, quia qui non potest rem uel possessionem aliquã vendere simpliciter, non potest uendere eo iure ad tempus. Op.73.c°.9.

178 Constat quòd licet quædãm ecclesiæ multa possideant,tamen alienare ius possidendi non possunt,sine auctoritate & consensu superioris prælati,nec simpliciter,nec ad tempus. Et ideo huiusmodi venditiones ecclesiarum,sunt impignorationes, propter quod secundum hanc uiam, usurarius est huiusmodi contractus, quia fructus pignorum non licet recipere ultra sortem, eo quòd non sunt de natura sortis. Opu.73.c°.9.

179 Si dans pecuniam,in hmõi contractu habet spem uiuendi ultra id tẽpus,quo receperit de prouentibus totam sortẽ quã dederat, & ultra hmõi spes uel receptio amplior, non facit uitium usuræ,nisi quando illud quod speratur vel recipitur amplius,sorti accidit & non est de natura sortis. Aliter omnis emens agros uel animalia, ut plus recipiat in prouentibus processu temporis,uel in ipsis rebus uenditis in alio tẽpore,esset vsurarius,quod est absurdum dicere,quia sic omnis mercator,esset usurarius 22ę.q.58.1.o./.2.7m./.Opu.67.o./.Opu.73.c°.9.

Vsu

180 In uẽditionibus iustis quando aliquis dominus transfert dominium suæ rei,cum usu eius & fructu simpliciter, siue ad tempus,constat ꝙ omnis prouentus rei uenditæ est de natura sortis, & non accidens sorti. Quare talis spes uel amplior acceptio, non facit contractum usurariũ.Op.73 c°.9.

181 Contractus emptionis,alicuius possessionis ad uitam alicuius,& contractus in quo aliquis dat centum libras ut annuatim recipiat decem quàm diu uixerit,& speret se uicturum ad undecim annos & ultra,uel ut in decimo anno recipiat simul centum & decem libras, addita etiam conditione,quòd si ante moriatur,quòd nihil accipiat de tota summa,non sunt eiusdem rationis, & tantum in secundo est uitium usuræ. Opusc.73.c°.9.

182 In eo qui sperat centum & decem libras se accepturum in undecimo anno,iam gratia temporis determinati tantum, fit recompensatio inæqualitatis, & sic facit usurarium cõtractum. Sed in alio qui non sperat se plus accepturum, nisi in tpe indeterminato,& ex re empta iuste ẽm naturam, tunc nihil accipitur ultra sortem,sed totũ speratur ut suũ, & de sorte sua,non factum suum propter rationem temporis,sed propter naturam contractus.Opusc.73.c°.9.

183 Cum dicitur ꝙ quando fit numismatis translatio ad alterum,ut seipsum augeat,& multiplicet,fit tochos,idest, uitium usuræ secundum philosophum,uerum est:quare cum in emptione reddituum ad uitam, fiat translatio pecuniæ ad hoc ut seipsum multiplicet, uidetur semper & naturaliter esse uitium usuræ, dissoluendum est, ꝙ intentio philosophi,ut apparet ex dictis suis est, ꝙ numisma inuentum est causa translationis aliarum rerum, quarum usus,uitæ humanæ est necessarius. Et ideo quandocumque aliquis utitur translatione numismatis,ut per numismata, alia eiusdem generis multiplicentur,fit abusus numismatis, & inhonestus contractus,& uocatur tochos, idest,parens dei. Et hinc constat mihi quòd huiusmodi contractus de quo est sermo,non est tochos.Opusc.73.c°.9.

184 Et si redditus,pecunia emantur ad uitam,tamen ex natura contractus non habetur,quòd ad hoc emantur ut pecunia pecuniæ addatur,sed ut de ipsa pecunia empta res necessariæ uitæ humanæ emantur. Et hic finis contradicit fini propter quem fit tochos.Opusc.73.c°.9.

185 Vt in pluribus in hoc contractu, non pecunia numerata, sed ipsæ res emuntur, quæ uel per fructus suos referuntur ad hominis usum,ut ager & possessiones aliæ, uel per seipsas,ut triticum,uinum, oleum, & huiusmodi. Tochos aũt est,ut dicit philosophus, numisma numismatis.Op.73.c°.9

186 Tunc secundum philosophum tochos est,quando acquiritur pecunia per pecuniam,ad similitudinem generantium similia sibi. Constat aũt ꝙ quando similia ex similibus generantur ad multiplicationem, ꝙ generantia saluantur, & nõ corrumpuntur in generationibus suis.Opusc.73.c°.9.

187 Sed qui dat centum libras,ut habeat decẽ annuatim quàndiu uixerit, constat quòd non est ibi ratio generationis, eò quòd non manent centum libre uel in potestate uel dominio dantis cum sua genitura,sed penitus sunt translatæ ab ipso nec manent etiam in iure repetẽdi, sicut fit in tochos. Quare magis debet uocari huiusmodi contractus trãsmutatio rei pro re,quàm generatio alicuius rei ex re. Et sic apparet,quòd ratio de tochos,nihil est ad propositum in huiusmodi contractibus. Opusc.73.c°.9.

188 Cum dicitur quòd ex lege diuina habetur, quòd quando quis emit possessiones proximi sui,percepta sorte ex prouẽtibus fructuum, non liceat ementi aliquid ultra recipere, & quòd omnis emens ad uitam possessiones uel redditus, sperat ultra sortem datam aliquid accipere & recipit si uiuat ultra,secundum quòd sperat, dicendum quòd lex illa secũdum literam intellecta, est diuina, sed tamen est temporalis, sicut & alię leges multę,quæ tantum secundum literalem sensum in figura datæ sunt illi populo. Et ideo sicut obseruantia iubilei,non manet in populo christiano, ita & leges quæ propter iubileum datę erant,quarum una erat lex adducta,sicut apparet in textu. Opusc.73.c°.9.

189 Et iterum si consideretur id quod morale est in lege ista, quam exponit glossa inducta, inuenitur nihil facere contra naturam horum contractuum, sed tantummodo contra peruersas intentiones diuitum ementium, qui secundũ quòd dicit glossa, molesti de pauperum necessitatibus negotiantur, & student possessiones aliorum acquirere, quando tenentur ex fraterna charitate eis indigentibus accomodare,& accomodata paulatim de fructibus agrorum recipere. Et sic euidenter apparet quòd hoc accidit in huiusmodi cõtractibus, & non est de natura contractus, in quo frequentes siue indigentes non uendunt, sed emunt. Opusc.73.c°.9.

190 Et nec lex, nec glossa de se inficit uitio usuræ huiusmodi contractũ per naturam, sed tantũ per accidẽs.Op. 73. c°.9.

191 Cum dicitur quòd in talibus contractibus, semper aliquid speratur, uel accipitur ultra quàm detur, causa solius tẽporis, & quòd hæc causa, facit contractum usurarium, dicendum ꝙ tempus potest referri ad aliquas rerum permutationes, ut conferens aliquid iusti ualoris, uel auferens. Et hoc modo si causa temporis plus uendatur uel minus, non erit huiusmodi contractus usurarius. Plures enim æstimatur & iuste mensura tritici in ęstate, quàm in autumno ceteris paribus, hoc est quantum est de natura temporis. Et ideo si quis accipiat plus de blado uẽdito pro tempore ęstatis, quàm dederit in autumno quando bladum emit, non iudicatur usurarius, dũ tamen pro illo tpe solo, uelit bladũ uendere, & non pro alio. 22ę.q.62.4.2m./.fi./. Opu.73.c°.9.

192 Plus & iuste apretiantur decem librę ad omne tempus annuatim, quàm ad aliquod tempus particulare, uel plus & iuste eadem ratione ad tempus iuuenis, quàm senis, & hoc ex natura temporis, & tamen non iudicatur usura, si quis emit decem libras ad omne tempus, id quod plus recipit, uel sperat recipere quàm dederit, licet ex tẽpore illud plus sibi accidat, & certitudinaliter. Quare nec similiter is qui plus recipit de eo quod ad tẽpus aliquod particulare emit debet iudicari usurarius. Et hæc est una causa, quia per naturam temporis, facta est res sua, cum suis prouentibus. Et ideo totum est de sorte propria. Opusc.73.c°.9.

193 Potest etiam in contractibus tempus considerari ut nihil conferens, uel auferens de natura rei, ex natura temporis, sed tantum consideratur ut mensura durationis extrinseca, ut quando ratione temporis sic accepti, aliquid plus accipitur uel speratur quàm detur, iam patet uitium usuræ uel iniustitię, quia illud plus quod ultra datum accipitur, nec ex natura rei recompensatur, nec gratis datur uel accipitur. Et ideo nullo iusto titulo potest fieri proprium, sed semper est alienum. Opusc.73.c°.9.

194 In contractibus in quibus certi redditus uel possessiones emuntur ad tempus determinatum, sicut cùm aliquis habet redditus certos, ut parochia, uel præbenda, uel ex patrimonio, uel aliunde, & huiusmodi redditus uult uendere ad sex annos uel ad aliquod tempus determinatum, ut simul habeat paratam pecuniam, an licite & absque uitio usuræ possint emi pro minori pretio, quàm ualeant in annis tot acceptis, mihi uidetur etiam ex parte ementis, iustum posse fieri contractum, & iustum esse, quantum est de natura contractus. Opusc.73.c°.9.

195 Potest autem fieri iniustus per accidens dupliciter, scilicet uno modo quando corrumpit charitatem debitam fratri, idest quando emens uidet fratrem in necessitate corporis uel animę, propter quã oportet eum uendere redditus, uel possessiones suas, tunc emens si diues fuerit potens sine damno, proximo subuenire, dico sine præiudicio, quòd tenetur ei mutuo dare, & loco pignorum, prædictos redditus uel possessiones accipere, donec acceperit quod accomodauerat. Alio modo potest fieri iniustus contractus ex parte ementis, propter corruptionem finis debiti, qui est ad utilitatem uitæ humanæ. Vnde quando causa lucri tantum, & augmentationis diuitiarum fit tunc est turpe lucrũ. Sed primo modo, reducitur ad uitiũ usuræ. Op.73.c° 9.

196 Natura huiusmodi contractus, habet in se tria, quæ ipsum iustum ostendunt. Vnũ est, ipsa uendentis liberalitas, qua potest rem suam dare gratis, uel permutare pro re minoris pretii, quàm sit sua res. Et secundũ hoc, nullũ incidit usuræ uitiũ in emẽte, quia id quod accipitur, totũ est de uolũtate libera dñi. Aliud est ipsa æquitas permutationis rerũ, quia quãdo res uẽditur pro tãto, quãto æstimatur iuste, siue a uenditore, & emẽte, siue ab iis qui sunt legis positiuæ, tunc est iustitia in permutatione. Sed constat ꝙ uendens non potest plus habere pro tempore pro quo uendidit, & etiam res futuræ per tempora, non sunt tantę ęstimationis sicut eædem collectæ in instanti, nec tantam utilitatem inferunt possidentibus, propter quod oportet quòd sint minoris ęstimationis. Tertium est ipsa ratio sortis, quia quo plus accipitur, quàm datur, est de ratione sortis, eo quòd emens totũ emit, quod euenturum erat tempore determinato. Et ideo non ultra sortem propriam accipit, sicut nec ille qui emit redditus ad omne tempus. Opus.73. c°.9 fin.

197 Hæc sunt rõnes, huiusmodi contractus iustitiã ostendentes per quas etiam dissoluitur ratio contraria, quæ uidebatur ostendere usurarium contractum, quia etsi plus accipitur quàm detur, hoc fit de natura rei permutatæ. Et illud plus

Vsu

non est accidens sorti, sed est de sorte ementis, sicut etiam plus accipitur quàm detur in his possessionibus, quæ emūtur hæreditarie, ad omne tempus. Opusc.73.c°.9.fi.

198 Quando res carius uenduntur propter tēporis dilationē tantū, quàm æstimentur in tpe uenditionis, quia uidemus hanc rationem fere in omnibus uenditionibus fascellorū lignorum, qui per centenarios & millenarios generaliter uenduntur, an iustitia possit inueniri, in huiusmodi contractib⁹, an simpliciter sint usurarii, credo sine præiudicio aliorum, posse excusari huiusmodi contractus a uitio usuræ, & maxime quando uerisimiliter est dubium, res huiusmodi plus minusue ualituras tempore solutionis. Opusc.67.1m./ Opusc.73.c°.10.prin°. Credentia.

199 Inuenitur etiam huiusmodi contractus in dominis principalibus, qui syluas, & nemora uendunt, persoluenda in tempore quo est ipsorum usus conuenientior, quàm sit in tempore uenditionis, inuenitur etiam in mercatoribus, qui ab ipsis dominis emunt syluas & nemora, per mensuras terræ & ex ipsis fascellos faciunt, quos ulterius uendunt per numerū. Vtrique ergo propter credentiā, quā faciūt usque ad tempus uendunt carius ligna, quàm ualeant tempore uenditionis. An sit ibi contractus usurarius, dico ꝙ non propter dilationem solutionis in prolixo tempore, huiusmodi res carius uenduntur, sed propter iustam æstimationem rerum, quæ in tempore futuro, quo determinata est solutio sunt plus ualituræ probabiliter, quàm in tempore uenditionis. Et sic non plus accipitur quàm datur ratione tēporis tantū, sed seruatur æquitas iustitiæ inter datum & acceptū pro tempore pro quo fit uenditio. Opusc.73.c°.10.

200 Si uenditor rem suam intendat uendere carius, non propter tempus tantum, sed tantum propter damnum, quod sibi uidet imminere ex dilatione persolutionis recuperandæ, seu propter uexationem suam redimendam, quam probabiliter timet futuram sibi in repetione debiti sui, propter malitiam, uel impotentiam debitoris, tunc excusatur a uitio usurę, & fit æquitas ęstimationis in huiusmodi contractibus, per recompensationem damni, uel quando probabiliter timentur hæc in credentia accidere. Et tunc rectitudo huiusmodi intentionis apparet, quando uenditor optaret potius non uendere talibus, quàm uendere ad credentiam & quando libenter daret aliis pro minori precio in continenti pe soluendo, quàm uendere ad credentiā talibus pro precio maiori nisi uenditio habeat rationem mutui. 22ę.q 78. 2.1m./.7m./.Opusc.67.3m./.4m./.Opusc.73. c°.10./.11.fi.

201 Vno autem modo, credentia facit contractum usurarium s. quando propter ipsam credentiam, res uenditur carius, quàm ualeat simpliciter, uel quàm esset ualitura probabiliter, tempore solutionis, uel etiam si tantum sit ualitura uerisimiliter, tamen ipse uenditor, alias res suas non uenderet nisi plus acciperet, propter ipsam credentiam, & tunc uenditio habet rationem mutui.22ę.qu.78. 2.7m./. Opusc. 67.3m./.Opusc.73.c°.10./ 11.

202 An autem liciti sint contractus & absque uitio usuræ, quando pro minori precio in continenti persoluendo, aliquæ res emuntur, ut bladum in terra, tempore hiemis, & syluæ, & nemora, adhuc per tres annos uel amplius crescituræ, ante aptum tempus incisionis, quàm ualituræ sint iuste, in tempore suę collaectionis & receptionis, ut bladum in terra in tempore hiemis pro minori precio quàm ualiturum sit iuste, tempore augusti quando colligitur, credimus sine præiudicio melioris sententiæ, tales contractus posse fieri, absque uitio usuræ. Opusc.67.4m./.Opusc.73.c°.10.

203 Vnaquæque enim rei æstimatio iusta, depēdet ab utilitate uel necessitate ipsius rei. Constat autem ꝙ non est tāta utilitas uel necessitas alicuius rei imperfectæ, sicut est eiusdem perfectæ. Quare nec recte tanti pretii æstimanda est, cum adhuc est imperfecta, & longe a perfectione sua, sicut cum iā est perfecta Sed huiusmodi res, scilicet bladum in terra, & syluæ & nemora ante tempus incisionis, emuntur in tempore suæ imperfectionis. Quare absque uitio usuræ debent æstimari minoris pretii, quàm sint ualiturę in tempore suæ perfectionis. Opusc.73.c°.10.

204 Illud quod per naturam temporis accrescit alicui rei, iuste est illius, cuius est ipsa res: ut si quis emit terras fructiferas, uel arbores, uel animalia fructifera, quicquid emit per naturam temporis, non tantum per exercitium laboris, iuste sit illius, cuius sunt huiusmodi terrę, arbores, uel animalia. Quare cum per naturam temporis, segetes in terra satæ, ueniant ad maiorem ualorem, & similiter syluæ & nemora, sequitur ꝙ quicquid prouenit ultra pretium datum, iuste, & absque uitio usuræ sit illius qui emit ipsa, & cedit in pro

Vsu

priam sortem. Quare nihil accipit ultra sortem, licet plus accipiat emens quàm dederit. Opusc.73.c°.10.

205 Hoc autem dicimus quantum ad naturam contractus, licet tamen per accidens per intentionem ementis, posset esse turpe lucrum, quando s. tantū intenditur augmentatio lucri & diuitiarum, proueniēs ex natura tēporis, sine exercitio laboris, & sine dubio periculi, probabiliter possibilis euenire. Et alio modo, ēt pōt esse contractus usurarius, qñ s. aliquis cogitur talia uendere ante tēpus congruum, ea necessitate, propter quā emptor, fraterna charitate tenetur uēditori mutuum dare si uoluerit. Sed si attenditur natura contractus secundum se, non pro dilatione temporis plus accipitur ab emēte, sed pro natura & utilitate rei, facta uel ducta ex natura temporis.22ę.q.118.8.4m./.Opu.73.c°.10.

206 Dare decē modios in hieme, ut recipiat quindecī in messe æquiualētes, habita rōne pecunię, nō est usura.3.d 37.l.fi.

207 Da his autem quæ committuntur bonæ fidei aliorum ad lucrum, mihi uidetur dicendum, ꝙ aut commissio fit pecuniæ, uel alterius rei, ita ꝙ transfertur in toto uel in parte rei commissæ in potestatem eius cui committitur, aut ita fit commissio, ꝙ non transfeat dominium sed remanet tota res cōmissa in domino cōmittētis. Primo mō est uitiū usuræ, eo ꝙ sperat lucrū iā de re non sua, quia iā erat translata per cōmissionē in dominiū alterius. Et in hoc cōmissio assimilatur mutuo. Sed secūdo mō pōt sperari lucrū, sine uitio usuræ, quia tūc cōmissa est pecunia uel res alia, sicut seruo uel ministro, qui de re dñi, negotiatur ad utilitatē dñi sui. Et ideo cōmittens pōt sperare lucrū, sicut ex re sua. Et sic lucrū non accidit sorti, nec possidetur sine iusto titulo, quia sicut rei ꝓpriæ partū recipit, nō tñ partū numismatis ex numismate immediate, sed partū ipsarū rerum quæ ꝑ numismata sua sunt acquisitę iusta commutatione.22ę.qu. 78.2.5m./.Opusc.73.c°.11. Cōmissio.

208 In toto uel in parte ideo dictū est, quia si aliquis committit cētū alicui, ita ꝙ medietatē ei mutuet, & aliā medietatem suo retineat dominio, ita tamen ꝙ de illis centum debeat negotiari ad lucrum ille cui committitur, dico ꝙ hoc lucrum iam habet uitium usuræ propter hoc, quòd non tātū ex re cōmissa speratur lucrum, sed etiam pariter ex re mutuata & commissa.22ę.qu.78.2.1m./.5m./. Opusc.73 c°.11.

209 Et sicut in logica, loquutio falsa iudicatur, pp falsi subiectionē, licet ueritatē directe significet, sicut si dicat, hō uolās ē aīal, ita in moralibus, actio uitiosa iudicatur, quando uitio permiscetur, ut est in proposito casu usuræ. Opu.73.c°.11.

210 Dare autem pecuniā mercatori uel artifici, per modum societatis, cum pacto uel spe lucri, ita ꝙ cū periculo ipsius cōmittentis mercator de ea negotiatur, uel artifex operatur, licitum est, nō aūt in mutuo.22ę.q.78.2.5m./.Op.73. c°.11.

211 Dans uero pecuniam usurario, ut usuras exerceat, uel ut copiosius exerceat, peccat, non autem si det pecuniam ut tutius seruetur.22ę.q.78.4.3m /.Ma.q.13.4.18m /.19m.

212 Si quis autem pecuniam alicui nauiganti commiserit mutuo, propter spem alicuius lucri, licet periculum etiam sortis super se receperit, nihilominus iudicatur usurarius, etiam si totum amiserit, secundum decretalem. Opuscul. 73.c°.6.prin°./.14.prin°.

213 Quòd liceat alicui mercatori, committere pecuniam uam alteri eunti ad nundinas ad lucrum, sine uitio usuræ, potest intelligi dupliciter, scilicet quia aut est simpliciter commissio, quæ fit propriæ rei, bonę fidei alterius. Et sic non incideret usuræ uitium. Aut est commissio secundū quid, sed est simpliciter translatio, sicut est in mutuo. Commissionem uero secundum quid dico, inquantum committens non retinet periculum super se rei commissæ. Et hoc modo propter rationem translationis quæ debuit fieri gratis sine spe lucri, incidit uitium usuræ. Et in hoc casu loquitur decretalis. Opusc.73.c°.14.prin°.

214 Dare pecuniam aliquam determinatam mutuo aliis mercatoribus tali pacto, quòd similem & æqualem in numero & pondere persoluent creditoribus illorum, a quibus accipiunt in nundinis, aliquibus determinatis secundum locum & tempus, (uerbi gratia, Balduinus a Gualtero accipit centum libras sterlingorum mutuo in francia, in mense augusti, ita quòd centum libras sterlingorum soluet Balduinus pro Gualtero in Ianuario sequenti, in quibus tenebatur Gualterus suis creditoribus, uel si non creditoribus tenebatur, ipsi mutuanti, in tali loco, & in tali tempore) potest contingere tripliciter, scilicet quia aut mutuans, tempore translationis æstimat dictam monetam plus ualituram in loco uel in tempore, quibus est persoluenda, uerbi gratia, sterlingi plus ualent in anglia quàm in francia,

et

Vsu

Et tunc nihil est ibi culpabile Aut timet probabiliter minorationem pretii. Et tunc dicendum, quòd mutuans committit usurā, quia lucrū sperat ex mutuo. Aut mutuans, nihil lucri in mutuando intendit, siue ex tēpore, siue ex loco, sed tantū ob fauorē & gratiā proximi hoc mutuat. Et tunc nihil culpabile ex hoc incurrit. Opusc.73.c°.14.

215 Aliquis habens pecuniam aliquam specialem, quam timet in tempore futuro minorandam in suo pretio, secundum statuta legis positiuæ, & propter hoc, huiusmodi pecuniā dat mutuo, sibi reddendam in æquali pretio quod erat tempore mutui, respectu pecunię terræ, cōmunis ęstimationis, cum huiusmodi mutuum uideatur factum spe lucri, an sit in eo uitium usuræ. Opusc.73.c°.14.

216 Vel aliquis habens sterlingos, ualentes quatuor turonenses, timet ne in futuro tempore, per auctoritatem legis positiuæ tantum sint ualituri tres turonenses, propter quam causam, dat mutuo sterlingos, & post diminutionem pretii ipsorum, non tot penitus uult recipere sterlingos in numero & pondere, quot dederat mutuo, sed secundum pretiū in turonibus, cuius pretii erant tempore mutui, an in tali mutuo, sit uitium usuræ. Opusc.73.c°.14.

217 Ad hæc dicendum, quòd in huiusmodi, aliud est uitare dānum, & aliud est sperare lucrum, quia primum licet, non autem secundum. Opusc.73.c°.14.

Animalia 218 Quando autem res fructuosæ ad lucrum committuntur, ut sunt agri, animalia, & orti, patet ueritas ex prædicto casu usuræ, quando res transfertur, & committitur uel in toto uel in parte. Opusc 73.c°.11.

219 In his tamen rebus commissis ad lucrum, magis & minus liquet iustitia permutatiua, quia quando ager, uel terræ cōmittuntur excolendæ ad lucrum, satis apparet iustitia, eo quòd non transfertur dominium, & nihil ultra percipitur de fructu propriæ rei. In animalibus uero, ut quando oues, uel boues, uel porci, committuntur nutrienda propter lucrum, non ita liquet iustitia, quia aliquando solet in huiusmodi co[illegible]issionibus, fraus usuraria commisceri, ut quando excluditur periculum principalis commissi a committēte. Opusc.73.c°.11.

220 Aliquis dat centum oues, ad nutriendum ad lucrū, ita tamen ꝙ centū oues sibi semper saluæ maneāt, quicquid contingat, in hoc casu pōt incidere fraus usuræ & hoc quando ultra iustā æstimationē, taxat ipse cōmittēs, sibi portionem lucri, propter quam non recompensatur labor & solicitudo nutrientis, secundum iustam æstimationē. Opu.71.c°.11.

221 Solet etiam & alia fraus in talibus fieri, scilicet quando dites alicui pauperi mutuat centū libras, ut ex eis oues uel boues nutriendos emat, ad lucrum illius qui mutuum dedit, & ad lucrum illius alumni. Dico ibi fraudem usuræ permistam esse, eo quòd iam radix huiusmodi lucri, ex mutuo oritur. Et ideo uitio usuræ inculpatur huiusmodi commissio. Opusc.73.c°.11.

222 Tunc ergo huiusmodi commissiones, licet fieri possunt & sine uitio usuræ, quando mutuum uel similitudo mutui, nō permiscetur in talibus, sed dominiū retinetur, cū periculo quod cōiter accidere pōt, uel quando etiā dominiū rei commissæ cōicatur ei qui eā suscipit ad nutriendū ad lucrum, & similiter periculū cōicatur utrique, & quando secundum iustā æstimationē taxatur lucrum, per quod iuste recompēsatur labor & solicitudo alumni. Opusc.73.c°.11.fi.

223 Quædam in consuetudinem deducta, habentur pro iustis, legibus, quæ magis deberent dici corruptelę permissę, quàm consuetudines approbatæ. Et hoc uidemus in hac materia usurarum, secundum regiones & ciuitates diuersas, quantum ad pupillorum & orphanorum tutelam. Vnde dico, ꝙ non possunt pupilli, quando sciunt ueritatem, retinere superabundantias suarum rerum per usuram acquisitas.12ę. q.108.3.2m./.Opusc.73.c°.12.prin°.

224 Distinguēdū est tamē primo, de cā & origine hmōi superabundātiæ. s. quia aut acquirit per fructus ipsarū rerū q̄ sunt pupillorū, ut sunt agri, animalia & hmōi aut per solā trāslationē rerū, & propter ipsam translationē. Et quia pecunia, sola translationis cā instituta est, ut dicit philosophus, ideo huiusmodi causa præcipue apparet in usus pecuniæ, cuius usus est in translationem rerū, fructū habentiū. Et sic ibi aliquando est uitiū usuræ, & aliquando non. Opu.73.cm.12.

225 Si enim primo modo aliquæ superabundantiæ acquirātur pupullis, nullum de se habent uitium usuræ, tum quia in hoc inuenitur lucrum ex mutuo speratum uel acceptum: tum quia nihil accidit sorti, eo ꝙ fructus, ex talibus rebus partus, naturaliter ipsas res comitatur, & est de natura sortis, & non accidit sorti. Opusc.73.c°.12.

Vsu

226 Secundo autem modo, adhuc distinguendum est, quia superabundantia huiusmodi, quæ est ex translatione rerum, uel pecuniæ aut datur uel oritur pupillis ut lucrum, ex retentione rerum suarum ortum habens. Et hoc modo est ibi uitium usuræ, & non licet eis lucrum retinere, quia detentio rerum, non parit rationem alicuius lucri, inquantum detinentur, nisi secundum ꝙ utilitatem habent, & fructum afferunt. Aut non datur huiusmodi superabundantia ut lucrum, sed ut gratia uel donum. Et tunc licet retinere eis. Et per istam rationem, excusat consuetudo usurarium uitiū in multis ciuitatibus. Et huius signum ꝙ gratis sit datum, accipitur ex eo, ꝙ præter uoluntatem pupillorum, determinant sibi superabundantiam, quam dant eis, & ꝙ nūquàm repetūt, nec repeti faciunt a pupillis aliquid. Op.73.c° 12.fi.

227 Ex his liquet, quòd si tutores pupillorum, scienter pecuniam pupillorum dederint ad usuram, per se uel per alios, ꝙ huiusmodi superabundantia rei, est aliena, & iniuste possidetur etiam a pupillis quandocumque sciuerint: quia si pupilli noluerint restituere, tutores ad id faciendum compellendi sunt. Opusc.73.c°.12.fi.

228 Vsurarius tenetur restituere, quicquid accepit de usuris, & fructus, & interesse, non autem quæ lucratus est cum eis etiam emendo possessiones.22ę.q.78.3.o./.Quol.3.qu. 7.2. o./.Opusc.67.o. Restitutio.

226 Quia autem ad restitutionem usurarum lex diuina, lex naturæ, & iura obligent, satis liquet ex præmissis, & ex natura ipsarum usurarum. Quia enim superabundantia usurarū, nullo iusto titulo possidetur, ideo iuste retineri non potest & iniuste possidetur. Opusc.73 c°.15.prin°. * Decimæ.26.

230 Quid iniuste possidetur, alienum ē & alicui alteri propriū esse debet, secundum Augustinum. Quare cum omnis superabūndantia usurarum, sit tamquàm res aliena ipsi usurario iniuste possidenti, sequitur ꝙ sit propria alterius, qui ipsa destitutus est. Sed hoc est iustum secundum omnia iura, quòd omnis res destituta contra iustitiam, restituatur. Restitutio enim semper respicit destitutionem. Quare secundum omnem iustitiam naturalem, usuræ restituendæ sunt. Opusc.73.c°.15.prin°.

231 Lex diuina iubet restitutionem usurarum fieri, sicut & rapinarum. Et uoco legem diuinam, quæ in canone sacræ scripturæ, & in decretis sanctorum patrum, & conciliis continetur, quia ius diuinum est quod diuinitus promulgatur.22ę q.57.2.ar.3./.3m./.Opu.73.c°.5./.25.prin°. * Eleemosyna.1.14.Oblatio.8.

232 Lex uero hūana, usuras nō iudicat res alienas. Op.73.c°.5.

233 Quantum est ex lege diuina, debet compelli fœnerator, ad eandem in numero restitutionem, si manet ipsa res in potestate fœneratores eadē, nisi per assensum repetentis liberet. Alias tenetur pro ipsa ualorem restituere. Opusc.73.c°.5.

234 Si res non manet in potestate fœneratoris eadem, sed consumpta est, uel translata in alterius dominium, qui est uerę fidei possessor, tunc compelli debet fenerator ad restitutionem æquiualentis. Opusc.73.c°.5./.c°.2.

235 Verum quia lege diuina, usura iudicatur res aliena, debet eadē lege iudicari non posse per ferenatorem iuste transferri in alium, sine consensu domini ueri. Opusc.73.c°.5.

236 Quia res per usurā acquisitę corrūpunt dominiū iustum tantū in persona acquirente, & detinente, non autem proprie, corrumpunt bonum ciuile humanum. i. pacem, quia non contra uoluntatem dantis simpliciter, sunt acceptæ, ideo sufficit iudici, qui s̄m legem dei iudicat, ꝙ fœnerator tantum satisfaciat quātum ad deum. i. ut tantum restituat quantum accepit contra legem dei. Opusc.73.c°.5.

237 Quia res accepta per usurā, non est faciens iniustū ex parte dantis in lege humana, sed neque etiam in lege dei, nisi per rationē solā ex parte fœneratoris, ideo eandē rē non cōpellit iudex per legem aliquam restituere, nec est necesse, propter causam dictam. Opu.21.prin°. Opu.73.c°.5.fi.

238 Si aliquis accepit equum, uel pecuniā, uel rē aliā quācūq; in usurā ab alio, nō tenetur eādē rē numero restituere s̄m leges, sed tm̄ sufficit, si ualorē rei restituat, sicut si fœnerator, equū acceptū in usurā, uendiderit alteri, uel dederit, cōstat p leges, ꝙ trāsfert dominiū, & ꝙ nō cōpetit repetitio eiusdē equi illi q fœneratori æquū dederat ꝓ usura. Op.73.c°.5

239 Si quis alicui aliquā pecuniā dederit mutuo. s. centū libras ad decē annos, ita ꝙ si infra hoc tēpus mortuus fuerit alter ipsorū, liberatus sit a debito & a mutuo qui ipsum acceperit, si uero superuixerint ambo, dabit post decem annos qui mutuū accepit, ducētasquinquaginta libras, ei qui mutuum dederat, non excusatur propter dubium & periculū ab usura, secundum decretalem. Opusc.73.c°.6. prin°.

Cui. 240 Vsuræ non solum sunt restituēdę, sed etiam illi soli aliqua res est restituenda, qui ipsa re uel æquiualenti destituitur iniuste. Sicut enim restitutio facienda non est, nisi eius rei quæ iniuste possessa est, sic nec alicui uel aliquibus restituēda est, nisi illi uel illis, qui ea iniuste destituti sunt. Opusc. 73.c°.16.prin°.

241 Ex hoc concluditur primo, ꝙ illis solis facienda est restitutio usurarum, qui iuste illarum rerū domini erant quæ restituendæ sunt ante destitutionem iniustam. Opusc.73 c°.16.

242 Vlterius concluditur, ꝙ defunctis illis qui expoliati fuerāt iam restitutio usurarum facienda est eorum filiis & successoribus, qui iuste succedunt bonis defuncti expoliati. Opuscul.73.c°.16.

243 Si forte defunctus legauit omnia bona sua pauperibus, uel ecclesiis, uel personis aliis, tunc sicut per uirtutem testamēti acquiritur ius in bonis præsentibus & paratis ipsius defuncti pauperibus, uel aliis quibus legata sunt, sic & eis est ius acquisitum in his quæ iure debentur ei quocumque iure. Et ideo in hoc casu, ab exequutoribus illius defuncti, siue illis locis, uel personis, quibus omnia bona sua legauit, debet fieri usurarum restitutio, quæ sibi uiuenti facienda erat. Opusc.73.c°.16.

244 Quia si forte ignorātur successores, & uerisimiliter quibus facienda sit usurarum restitutio nescitur, uel forte noscunē esse in locis, & regionibus lōginquis, & sine spę reuersionis, & sine facultate mittendi uel accedendi ad eos, tunc in primo casu, ecclesiæ consilium & auctoritas requiri debent, quia iam ratione iuris diuini, pertinet restitutio quæ debebatur homini qui erat mēbrum, & filius ecclesiæ, ad ipsam ecclesiam. Vnicuique uero, sua ecclesia dicitur suus episcopus. Opusc.73.c°.16. * Restitutio.23.

245 In secundo casu, etiam facienda est de consilio ecclesiæ, hoc tamen superaddito, ꝙ debet exequutor eidem ecclesiæ promittere, restitutionem usurarum faciendam, si necesse fuerit aliquando in futuro tempore, per inopinatam reuersionem ipsorum quibus de iure erat facienda Opusc.73.c°.16.

246 Quia si a seruo uel ancilla, uel a filio uel a filia, siue a raptore uel fure, siue ab alio usurario, siue christiano uel iudæo, acceptæ fuerint usuræ talium bonorum, de quibus constat ei qui uult restituere, ꝙ non erant ueri domini illarum rerum, tunc restitutio talium, non est facienda eis a quibus accepte sunt, sed ipsis ueris dominis, & successoribus eorū si haberi possunt. Opusc.73.c°.16.fi.

247 Debet tamen fieri huiusmodi restitutio usurarum caute, ne cum scandalo fiat personarum prædictarum. 22æ.qu. 62.6. 2m./.Opusc.73.c°.16.fi.

248 Si autem credatur probabiliter, ꝙ prædicti, scilicet filius de conscientia patris, & seruus de uolūtate domini sui, & monachus etiam de uoluntate abbatis sui, & raptor, & usurarius, de bonis iuste possessis hæc fecerunt, tunc etiam potest fieri restitutio usurarum ipsis personis iniuriatis. Et similiter dicendum est de uxore, uiuente marito. Op.73.c°.16.fi.

Quam rē. 249 Quia autem dominus omnis, qui rem ab alio iniuste destitutam detinet aliquando, tam in usuris quàm in aliis, ipsam rem uel ęquiualentem restituere teneatur, manifestum est ex utroq; iure, tā diuino quàm naturali. Op.73.c.17.pr°.

250 Primo quia non dimittitur peccatum iure diuino, nisi restituatur ablatum, si restitui possit. Ergo ab eo cui peccatum huiusmodi usuræ imputatur, debet fieri ablati restitutio. Sed non imputatur peccatum usuræ nisi ei qui abstulit, uel detinet rem alterius, quæ non est sua aliquo iusto titulo. Ergo ab illo facienda est restitutio. Opusc.73.c°.17.

251 Ex præcepto etiam iuris naturalis habemus, ꝙ quæcumq; uultis ut faciant uobis homines, & uos illis eadem faciatis. Sed iusta uoluntate uult spoliatus re propria per usuram, ut spoliator ei restituat. Quare similiter spoliator debet iuste restituere spoliator. 12æ.qu.99.1.3m./.4.d.33.qu.1. 1.7m./. Opusc.73.c°.17.prin°.

Quis. 252 Quis autem possit dici spoliator rei alienæ, siue detētor in materia usuræ, ita ꝙ teneatur ad restitutionem, in quibusdam casibus non est ita clarum. Opusc.73.c°.17 prin°.

253 Primo uxor usurarii tenetur ad restitutionem pro marito usurario defuncto, secundum ꝙ ad eam bona male aquisita deuoluta sunt, uel quantum ipsa, uiuente marito, talibus bonis usa est, quę cedunt in usum uitæ suæ, in domo mariti. Opusc 73.c°.17.

254 Quia si nihil de talibus bonis ad eam deuoluitur, uel si forte de bonis quæ in matrimonio attulerat, fructus erant sufficientes ipsius necessitatibus, & pro omnibus quæ expendit in uita mariti, tunc non tenetur ad restitutionē aliquā faciendam, n. si fuerit usa rebus mariti ipso uiuente, in spe recompensandi in aliquo futuro tempore, quando sperabat se probabiliter facultatem habituram, quàmquam tunc nō haberet, quando rebus talibus mariti uteatur, uel nisi ah. quid alienum post mortem mariti sibi retinuit. Nihil autē est restituendum, nisi alienum. Opusc.73.c°.17.

255 Vxor etiam non potest licite restituere usuras, nolente marito, & adhuc uiuente, cum uxor nō sit domina rerū, sed tā tum uir. Est tamen ad generationē coniuncta uiro in adiutorium, & in usum rerū. Quare sicut non pōt alienare res uiri, ipso non uolente ita nec aliena uiri, pōt restituere, ipso nolente. 1ª.q.92.1.c.prin°./.q.98.2.b.2 /.Opusc.73.c°.17.

256 Sicut in adiutorium uxor est uiro data ad generationē, ita & ad rerum conseruationem, & multiplicationem honestā & utilē, & super hoc, etiā ad salutis uiri promotionem secū dum Apostolum. Quare sicut de rebus propriis uiri usurarii, potest facere eleemosynas moderatas, uiro ignorante & non prohibente, quia sic agit causam uiri, & id ad quod tenetur, ad salutem suam promouendam, & etiam ad bonorum suorum conseruationem & multiplicationem, sic puto sine præiudicio, ꝙ possit facere restitutiones de rebus alienis, uiro ignorante & non prohibente, quia sic agit causam uiri. Opusc.73.c°.17.

257 Quòd si uiro sciente, sed dissimulante fecerit, tāto securius agere potest, quia iam est argumentum, ꝙ uir approbat, ex quo non reprobat. Opusc.73 c°.17.

258 Si uero prohibente, uel prius aut postmodum puniente, ita mulier fecerit, uel facere uoluerit, iam non licet ei, quia sicut res sunt sub potestate uiri, ita & uxor. Quare oportet eam sic subditam uiro obedire per omnia secundum Apostolum etsi non in faciendo malum, tamen obedire debet in omittēdo bonū, quia nō ē necessarium ad propriā salutē Vnde si uxor nō faciat qđ sibi uꝛ bonum, non imputatur ei ad peccatum, sed ei qui hoc ei prohibet. Opusc. 73.c°.17.

259 Sicut autem socii furum, & hi qui dicuntur currere cum fure, furti iudicio condemnantur in sacra scriptura, ita filii & filiæ, & serui, & mercenarii usurariorum, inquantū agūt aliquid ad uitium usuræ perpetrandæ, uel ut motores, uel ut auctores, uel ut participes lucri, uel ut fautores & defensores talium, usuræ uitio condemnandi sunt. Et sicut non satisfit deo de iniuria sibi illata, nisi per pœnitentiam, ita nec proximo de re sua iniuste spoliato, nisi per iustam restitutionem. Quia nullus debet obedire alicui, ad communicandum in facto illicito. 22æ.qu 100.6.2m. Opusc.73.c°.17.

260 Vnicuique uero secundum gradum sui delicti, competit restitutio ablati. Verbi gratia. Alius peccat in hoc uitio usuræ, tantum ut motor: quare & ipse tenetur mouere actorē, ad faciendā restitutionē. Qui si non sufficit ad hoc inducēdū, debet inuocare superioris auxilium. Quod si non sufficit, uel forte motor negligit hoc facere, puto sine præiudicio, ꝙ in hoc casu tenetur is qui promotor fuit per ipsius motionem, ad restitutionem ablatorum. Et si fuit actor, uel ut principalis, uel ut adiutor, uterque tenetur ad restitutionem ablatorum in solidum, ita tamen ꝙ altero restituēte, alter absolutus est, quantum ad iniuriam proximi. Opuscul.73.c°.17./.c°.20.

261 Si uero ut particeps fuit tantum lucri, aut fuit scienter, aut ignoratur. Si scienter, tūnc iterum potest fieri iuste dupliciter, scilicet aut pro necessitate corporali, idest, quando alias comode non potest inuenire remedium uitæ, sicut accidit pauperibus mendicantibus. Et sic aliquando etiam per hoc possunt excusari filii, & filiæ, in domo parentum usurariorum, qui alias nequeunt uictum sibi necessarium inuenire. Et similiter uxor eadem necessitate potest excusari. 22æ qu. 32.7.3m./.Opusc.73.c°.17.

262 Aut hoc fit pro utilitate spirituali, sicut & dominus cum publicanis manducabat pro conuersione ipsorum. Et hoc fit iterum iuste. Opusc.73.c°.17.

263 Et primo modo, scilicet pro necessitate corporali, artifices & laborantes, & seruientes, possunt iuste aliquando percipere de bonis usurariorum, quæ acquirunt ab usurariis: quia quantum accipiunt ab usurariis, tantundem reddunt ipsis, per recompēsationem operis, uel laboris, uel artificii, ita ꝙ per hoc non sunt usurarii impotentes effecti, ad restitutionem faciendam. Opusc.73.c°.17.

264 Huiusmodi tamen artifices, si credant usurarios nihil habere de bonis propriis, & eadem facilitate possunt ab aliis lucrari, peccat, sciēter usurariis cōicādo opera sua, ꝓ lucro qđ sciūt eē rē alienā, & maxime pp scādalū. Opusc.73.c°.17.

265 Sed secundo mō, ēt possunt participare filii, & filiæ & uxor, in spe recōpēsandi in aliquo futuro tpe, quando sperant se probabiliter facultatem habituros, quàmq̃ tunc non habent, beant, quando participant. Opus.73.c°.17.

266 Quicunque vero participes fuerint scienter, extra aliquam trium causarum dictarum, siue etiam ignoranter, & aliquando huius notitiam habuerint, tales ad restitutionem tenentur pro parte illa, in qua participes existunt rei alienæ. Opus.73.c°.17.

267 De accipientibus eleemosynas, & oblationes, & munera ab vsuraris, dicendum, ꝙ tales qui ab eis recipiunt, aut sciunt eos esse vsurarios, aut nesciunt, nec tunc quando accipiunt, nec post. Et sic si nesciunt, non peccant accipiēdo, nec tenentur ad restitutionem. Opuscu. 73. c°. 17. * Prædicare.8.

268 Si vero sciuerint vel tunc vel post, aut necessitate cōpelluntur ad accipiendum, aut non. Si necessitate, non peccant, nec tenentur ad restitutionem. Opusc.73.c°.17.

269 Si vero necessitas non fuerit, adhuc aut sunt vsurarii notorii, aut non notorii. Si notorii, tunc omnis accipiēs ab eis, peccat, propter scandalum, & quia ipso iure sunt excōmunicati. Et ideo semper restituendum est, sed non eis semper. Opuscu.73.c°.17.

270 Si vero non sunt notorii, aut ergo aliquid creduntur habere de bono proprio præter vsuras, aut nihil. Si nihil, tūc restitutio faciēda est ab his qui aliquid acceperūt. Si vero aliquid, tunc ēt accipi possunt sine peccato ab eis munera & huiusmodi, & ad restitutionē nō obligatur. Opus.73.c°.17.

271 Ille solus tenetur ad restitutionem, qui accipit vel detinet rem alienam iniuste. Vnde & vsurarius qui sola spe lucri dat mutuum, & nihil vltra accipit, licet sperauerit, etsi sit reus vitio usuræ; tamen non tenetur ad aliquam restitutionem. Opus.73.c°.17.

272 Fautores & defensores, qui fouent usurarios & defendunt in exercitio fœnerādi, sicut aliquę ciuitates, & aliqui principes fouent & defendunt huiusmodi, qui dicuntur Caursini, qui alias non auderent exercere huiusmodi actum fœnerandi, tales fautores & defensores usurariorum inquantum huiusmodi sunt tantum, non tenentur ad restitutionē alicuius, nisi inquantū sunt participes lucri. s. quia propter hoc sunt fautores uel defensores, ut ab usurariis aliquam portionē recipiant. Tñ in hoc etiā peccant contra deū etiā quantūcunq; utilitatē regionis uel ciuitatis intendāt, quia fouēt peccatores in peccatis suis. 22æ.q.78.4.3m./. Ma.q.13.4.18m./.19m./. Opus.21.c°.1.2./.Opus.73.c°.18.

273 Nec est simile de illis quorū auctoritate circa usurarios fit aliquid, & iis qui fouēt & defendūt, & accipiūt vt actores, quia illi sunt causa per se actus mali, isti uero nō sunt causa ipsius actus mali, sed accidentiū ipsi actui ad eius cōseruationē, & fructū ampliorē. 22æ. qu.78.4.o./.3.d.37.6.6m./. Ma.q.13.4.17m./.19m./.Opus.67.q.5.fi./. Opus.73.c° 17.

274 Aliud necessarium est loquēdo de necessitate restitutionis usurarii, & aliud loquendo de perfectione ipsius restitutionis. Ad necessitatę enim satisfactionis, duo sufficiūt. Vnū quantū ad deū. s. humilitas ueræ pænitētiæ contra contemptū dei, & aliud quo ad proximū. s. restitutio plena ablati iniuste, cōtra iniuriam proximi. Opus.73.c°.18.prin°.

275 Sed de perfectione satisfactionis ultima, exiguntur signa. s. testimonia prædictorum, in quibus est meritum perfectæ humilitatis quantum ad deum, & restitutio famæ personalis contra scandalum ex peccato innatum quantum ad ecclesiam. Et quantum ad hoc, etiam usurario notorio, non tantum hoc est perfectionis, sed etiam necessitatis, saltem publicę, & in manu ecclesię, restitutiones faciendas promittere & firmare, quia alias priuaretur de iure sacramentis, & christiana sepultura. Opus.73.c°.18.

Quo ordine. 276 Consuetudo fere in omnibus apud nos habet, ꝙ prius persoluantur debita quæ clara sunt, & postea fiant usurarum restitutiones, & ultimo legata soluantur. Et huius consuetudinis potest esse ratio, quoniā legata sunt secundū quid donata, & non simpliciter donata. Ratio enim legati, duo importat. s. ꝙ non est res data simpliciter, nisi per mortem legatoris, unde semper uiuente legatore, potest reuocari, & ꝙ sint legata propter utilitatem aliquam legantis post mortem. Et ex iis potest patere, ꝙ legata inquantum huiusmodi sunt, non obligant secundum necessitatem iustitiæ, sed secundum deuotionem & utilitatē legātis. Opus.73.c°.18.

277 Cum autem necessaria ad salutem, præcedāt ea quæ sunt deuotionis & supererogationis, iuste soluūtur debita usurarii ante legata. Opus.73.c°.18. * Restitutio.8.

278 Sed maiori iustitia restituenda sunt ablata, quàm debita sint soluenda, cum in hoc impleatur iustitia, tollens iniuriam factam deo a proximo. Sed in solutione debitorū nulla tollitur iniuria, sed tantum soluitur iustitiæ. Quare secūdum hoc uidentūr prius restituenda ablata, q̃ soluenda debita. Restitutio enim præfertur etiam subuentioni parentum, nisi in extrema necessitate. 22æ. qu.31.3.3m./.qu.32.7.3m./.q.62.5.1m./. Opus.73.c°.18. Restitutio.8.

279 Sed contrarium fit ut in pluribus. Quod tamen potest habere rationē ex duobus s. uno modo qñ debita sunt clara & manifesta, sed restitutiones nō sic, sed inquirēdæ sunt, & clarū semper præcedit obscurū, in iure humano. Alio mō qñ res quæ debetur, est determinata. s. centū uel decem, sed res restituenda nō sic. Sed terminatum iure præcedit indeterminatum, inquantum huiusmodi. Opus.73.c°.18. Quid.

280 Qñ restituenda sunt clara & aperta, & determinata, per apertā confessionē restituentis usuras, debet de iure restitutio præcedere oīa debita, quod tamē raro obseruatur, quia quod iuris est, a paucis aduertitur. Opus.73.c°.18.

281 Et ſm dicta patet, ꝙ pri9 debet restitutio usurarū fieri uni personę q̃ alteri. s. qñ restitutio unius est clara & determinata, & alterius non sic, ceteris paribus. Opus.73.c°.18.

282 Si unus sit diues, & alter pauper, & plus indigēs iis de quibus restitutio faciēda est, & æqualiter sit clarū in utroque, adhuc prius pauperi potest restitutio usurarū iuste fieri, q̃ diuiti, eo ꝙ plus læsus est in ablatione suorū, & qa plus indiget. 22æ.q.31.3.3m./.q.32.7.3m./.q.62.5.2m. Opus.73.c°.18

283 Tñ si uterque sit æqualis cōditionis s. in paupertate uel diuitiis, & ęqualiter clarū sit de utroque, si uni prius facta sit iniuria quā alteri, adhuc illi prius est restituendū ordine iuris naturalis, cui prius facta fuit iniuria. Opus.73 c°.18.

284 Si per partes faciēda est restitutio usurarū, unicuique proportionabiliter restituendū est, ſm quantitatē ablati, ita ꝙ si tm̄ tertia pars est ablatorum, uel media, uel alia qualibet pars, ceteris paribus faciēda est oībus restitutio tertiæ partis oīum restituendorū. Cuius ratio est, ut oībus ostendatur bona uolūtas restituēdi oīi, si adesset facultas, & sic fiē pronior quilibet ad condonādū iniuriā sibi factā, qñ uidet uoluntatē ad emendandum paratā. Opus.73. c° 18.

285 De materia aūt & quātitate restituendorū, an. s. si quis ouē uel bouē vel aliquā qualibet rē acceperit p usurā ultra fortē, teneatur eandē rē restituere, aut sufficiat preciū rei restituere, dicendū est ꝙ aliter iudicādū est de furto & rapina, & aliter de usura, quia in usura aliqualiter transfertur dominium iure fori, licet non iure poli, sed nullo modo in aliis. Vnde equus furto ablatus, in cuiuscunque manum trāsierit, semper est restituendus, etiam in iure fori. Sed non sic equus per usuram acceptus. Oups.73.c°.19.prin°. Materia.

286 Aliter iudicandum est in usura & furto, & dicendum ꝙ sufficit, si fiat in usura restitutio precii, cuius ratio est duplex. Opuscu.73.c°.19.

287 Vna ratio est, qa quod accipitur in usura vltra sortē, nō auffertur inuito, uel p uiolētiā aliquā illatā dño, sicut est in furto uel rapina. Et ideo proprie in usura, nō dicitur ablatū, sed potius acceptum contra iustitiam naturalem & diuinā de uoluntate dantis. Sed quod ablatum est, idem numero restituendum est, etiam si melioratur. Opus.73.c°.19.

288 Alia causa & ratio, est ex natura permutationis, in quia ultra sortē accipit, q̃ est natura mutui. Sicut enim in mutuis nō est necesse ꝙ idē numero reddatur, sed tm̄ ęquale in pretio, ita nec in supabūdātia accepta rōne mutui, est necesse idē restituere, sed sufficit ęquiualēs in ꝑtio. Opus.73.c° 19.

289 Quód aūt in lege scriptū est de duplo, quadruplo, & quintuplo, nō habet locū in usuris, sed tm̄ in furtis uel rapinis, eo ꝙ huiusmodi usuræ, nō destruūt bonū reipublicę de sua rōne, sicut faciūt furta & rapinæ, sed tm̄ corrūpūt bonum personale, siue fraternū bonū, & hoc nō inferēdo malū, sed tm̄ nō faciēdo bene fratri debitū. Et de iis alias scripsimus in septimo pręcepto decalogi diffusius. 22æ.q.62.3.2m./.4.d. 15.q.1.ar.5.q.2.6m./. Opus.4.c°.24.fi./. Opus.73 c°.19.

290 Aliter iudicādū est de restitutionibus usurarū, etiā quo ad prouentus, & oīa alia lucra ex iis prouenientia, & aliter de restitutionibus furti & rapinæ. Illud enim est restituendū, quod nullo iure fit suū, nec diuino, nec humano. Et ideo iniuria fit nō tm̄ apud deum, retinere res sic ablatas, & rerum fructus, & usus, sed etiā apud homines fit iustum, tā iure fori cōmunis, quàm iure conscientiæ personalis. Sed non sic est in usuris, quia licet sint contra ius diuinum, & contra ius naturale naturæ spiritualis, quod respicit solū debitū gratiæ & charitatis, tamen non est directe contra ius humanū, quod respicit generaliter reipublicæ utilitatē & iustitiam. Et ideo quo ad hoc trāsfertur in eis dominiū nec habent rationem ablatorum. Opus.73.c°.20.

191 Constat autem quòd iura allegata quibus dicitur, quia quod ex alieno cōuenit alicui, rōnē de iuꝛ accipit alieni, ve

 uidentur

vſ

videntur iura expreſſa per decretalem, vbi videtur, ꝙ oportet reddi res cum fructibus perceptis, & quæ percepiſſent ſpoliati, ſi ipſa poſſediſſent, & hoc etiam expreſſe habet lex per decretalem, vbi dicitur, ꝙ talis teneatur ad omnia lucra percepta, & percipienda: dicendum ꝙ conſtat quòd talia iura allegata, de rebus per violentiã ablatis loquuntur, in quibus nulla radix iuſtę poſſeſſionis inuenitur, ſed non loquũtur in vſuris triplici ratione. Opuſ. 73. c°. 20.

292 Primo quia ſimpliciter ibi non eſt ratio ſpoliationis violentę vel furtiuæ de qua loquuntur, prædicta iura. Secundo quia in vſuris ipſa ſuperabũdantia primo & per ſe eſt in pecunia, quæ non habet fructum, quantum eſt de natura ſua, eo ꝙ cauſa tantùm tranſlationis aliarum rerum facta eſt. Tertio etiam generaliter in ipſa reſtitutione facienda, tantum reſtituendum eſt damnum, quod illatum eſt. Sed tantum non eſt illatum damnum vt in pluribus, quantũ prouenit commodum furi, de re furtiua & ſpoliata, eo ꝙ fur labore proprio & ſolertia, rem furtinam multiplicauit, quod non feciſſet poſſeſſor verus. Opuſ. 73. c°. 20.

293 Hoc tamen eſt generaliter aduertendum, ꝙ in omni reſtitutione faciendą, omnes fructus, & omnia lucra, ex eo ꝙ prouenerunt ex re reſtituenda, ſecũdum ꝙ iniuſte poſſidentur huiuſmodi fructus & lucra, & ex eo ꝙ prouenũt ex re malę detenta ſecundum iuſtitiam diuinam, habent rationem alieni, ſecundum rationem beati Auguſtini. Quare ſecundum Deum vſuræ vel huiuſmodi fructus retineri non poſſunt, niſi auctoritate diuina. Opuſ. 73. c°. 20.

294 Hoc ſolum reſtituendum eſt homini, in quo facta eſt ei iniuria de re ſua, ſiue in vſuris ſiue in aliis. Sunt autem quædam res, quæ de natura ſua habent in poſſidendo fructum, & vtilitatem, aut quia multiplicantur & augentur ex natura temporis, aut quia excolantur ſolertia humani ingenii & laboris, vt terræ, & agri. Et huiuſmodi res reſtituendæ ſunt homini, cum ſuis prouentibus, quia in hoc homo cui facta eſt iniuria de re ſua ablata damnificatur, non ſolũ quantum ad rei ſubſtantiam, ſed etiam quantum ad rei vſum, & fructum ex vſu prouenientem. Et ſic poſſunt & debent intelligi iura allegata, & non in vſuris. Opuſ. 73. c°. 20.

295 Illi etiam ſemper facienda eſt reſtitutio, qui paſſus eſt iniuriam & damnum. Si ergo aliquis paſſus fit iniuriam, & non damnum, illi non eſt facienda de iure reſtitutio realis, ſed tantummodo, ſecundum genus iniuriæ, facienda eſt emendatio per ſimilem ſatisfactionem. Vnde qui proximum verberat, in nullo eum damnificando, nõ tenetur ad aliquam reſtitutionem realem, quia omnis reſtitutio realis facienda alicui, commenſura i debet ſecundum quantitatem damni illati. Hinc eſt ꝙ lex Moyſi generaliter omnem ſarem cuiuſcumque rei quæ vſum habet & vtilitatem, condemnabat ad reſtitutionem dupli, vnum ſcilicet propter rei ſubſtantiã & aliud propter rei ablatæ vſum, quod non contingit in vſura de ſe. Ex quo concluditur, ꝙ in omni reſtitutione faciendą homini, debet conſiderari damnum, tam rei, q̃ vſus qui ex ea prouenit ex natura rei. Opuſ. 73. c°. 20.

296 Si ergo aliquod lucrum prouenit vſurario, vltra rem, & rei vſum naturalem, ex propria operatione & ſolertia eius, in quo non eſt alius damnificatus, dico ſine præiudicio, quòd non tenetur reſtituere homini huiuſmodi lucrum. 22ę. qu. 78. 3. o./. Quol. 3. q. 7. 2. o /. Opuſ. 73. c°. 20.

297 Si homo vſurarius centum marchas argenti habuit ex vſuris, ex quibus formauit imaginem, quam vendidit centum & decem marchas, credo tunc præiudicio, ꝙ illas decẽ marchas ſuper creſcentes, noñ tenetur reſtituere ei, a quo prædictas centum marchas habuit. Tamen non poteſt eas retinere ſecundum Deum, quia contra Deum de re aliena ſibi ac quiſquis. Et ideo ſola auctoritas eccleſiæ ad reſtituendũ vel diſtribuendum requirenda eſt Opuſ. 73. c°. 19.

298 Si quis quamcumque rem furtiuam ſtatim vendat poſt furtum, aut conuertat in vſum proprium, ipſam ſtatim totam conſumendo, & non ſtatim reſtituat ſed poſt tempus velit eam reſtituere, an teneatur ad omnes fructus vſuum, quos percepiſſet verus dominus rei, in tempore illius morę, quod videtur ſecundum iura allegata. Opuſc. 73. c°. 20.

299 Aliquis furatus eſt puſſum equinum, aut vitulum, quem verus dominus vſque ad annos perfecti valoris cuſtoditurus erat, ſed fur ſtatim vendidit, & liberauit ſe a furto, an fur teneatur reſtituere, pulli valorem tantum, vel etiam equi valorem, quod videtur ſecundum iura allegata, & tenetur reſtituere lucra ſecundum legem, ergo multo magis damna illata. Opuſc. 73. c°. 20.

300 De pecunia etiam ablata, aut etiam iniuſte poſſeſſa, quia poteſt contingere, ꝙ ille a quo eſt ablata, ſiue iniuſte accepta,

vſ

mercando ex ea auxiſſet eam, aut fortaſſe propter eius defectum, vendidit poſſeſſionem ſuam, & ex hoc damnũ multum ſecepit, an detinens & accipiens huiuſmodi pecuniã ſine iuſto titulo, teneatur ad omnia lucra, quæ verus poſſeſſor ex ea feciſſet, ſiue ad omnia damna quæ exinde acciderũt vero domino ad plenam reſtitutionem. Opuſ. 73. c°. 20.

301 Ad hæc dicimus ſine præiudicio, quòd ad reſtitutionem alicuius rei faciendam, duo principaliter conſideranda ſunt, ſcilicet valor rei quæ principaliter ablata eſt, vel accepta iniuſte, & damnum quod illatum eſt iniuriam paſſo. Propter primum dico, ꝙ eadẽ res quæ ablata fuerat, reſtituenda eſt aut æquiualẽs, & ſimilis in ſpecie & ualore. Opu. 73. c°. 20.

302 Sed quantum ad ſecundum, notãdum eſt, quòd aliquando dicitur damnum illatum proprie & per ſe, & aliquando per accidens tantum & non per ſe. Et ſi ſit primo modo, tunc tenetur reus ad reſtitutionem damni cuiuſcumque ſit. Secũndo modo, non tenetur ipſi paſſo damnũ. Opu. 73. c°. 20.

303 Si quis damnum paſſus pro pecunia ſibi ablata, in hoc ꝙ ex ea volebat emere neceſſaria ſibi ad vitam, ſiue ſoluere empta, ſiue debita, pro cuius expoliatiõe, incurrit damnũ, quia propter eius defectum, opportuit eum vendere poſſeſſiones ſuas ſibi vtiles, aut accipere pecuniam mutuo ad vſuram, aut ſi aliud incomodum incurriſſet, dico quòd huiuſmodi damnum, per ſe incidit ex furto vel rapina. Et ideo reſtituendum eſt ipſi qui paſſus eſt. Opuſ. 73. c°. 20.

304 Poteſt autem incidere ibi damnum per accidens, quando ſcilicet ex pecunia ablata, lucrum quod intendebat non accquiſiuit, & nullum aliud paſſus eſt damnum. Et tunc dico ſine præiudicio, quòd lucrum tale, non eſt reſtituendum ei qui paſſus eſſe dicitur hmõi damnum. Opuſc. 73. c°. 20.

305 Si vero ſint res ablatę, quæ ex ſui natura, poſſunt ſecundũ naturam temporis augeri, & creſcere in precio, tunc tenetur ſpoliator reſtituere precium ipſarum rerum, quod valiturę erant, ſecundum naturam rei & temporis, in tempore quo vult reſtituere eas. Et iſtud etiam in vſuris eſt aduertendum, quantum ad res quæ accipiuntur pro vſuris. Opuſc. 73. c°. 19. fin.

306 Quibus pœnis vitium vſuræ coercendum ſit, videamus. Opuſc. 73. c°. 21. princ°. Iudæi. 46.

307 Vſurarii triplici pœna iuris coercentur, ſcilicet quòd prohibentur ad ſanctam communionem recipi, & ne ſimiliter recipiantur eorum oblationes in altari, & ne recipiantur in chriſtianorum ſepultura. Et hæc tria habentur in diuerſis decretalibus de vſuris. Opuſc. 73. c°. 21.

308 Inſuper additur pœna his qui cõtrafecerint, ſcilicet pœna ſuſpenſionis, niſi per arbitrium epiſcopi ſui prius ſatisfecerint. Opuſc. 73. c°. 21.

309 Inſuper etiam per accidens conſequitur tales, nota infamiæ. Vnde & vſurarii publici, quando propter vſuras, pecunias ab aliquo quas dederant repetunt, repelli poſſunt per exceptionem, donec prius ipſi de vſuris ſatisfecerint ſecundum decretalem. Opuſc. 73 c°. 21.

310 Specialiter autem ſuper his pœnis, poſſunt clerici vere ab officio ſuſpendi ſi fuerint vſurarii, ſecundum decretalem. Opuſc. 73. c°. 21.

311 Contumaces vero, qui nec propter pœnas prædictas, nec ꝓpter pœnas iudicis corriguntur, debet & poteſt iudex, per ſuſpenſionis & depoſitionis ſententiam clericos coercere, Laicos vero per excommunicationis ſententiam cohibere, ſecundum decretalem. Opuſc. 73. c°. 21. Cogi.

312 Si non ſufficit iuſtitia eccleſiaſtica, debet iuſtitia laicalis in auxilium aduocari, ſecundum decretalem. Opuſc. 73. c°. 20.

313 In foro autem pœnitentiali, vbi de correctione peccati agit maxime inquantum vſura eſt contra legem Dei, ſic compellendi ſunt vſurarij ad reſtitutionem, vt beneficium abſolutionis eis denegetur, niſi reſtitutionem faciant plenam quã tum potuerint, aut dilationem petierint ab his quibus tenentur reſtituere, aut ſi pauperes & impotentes ſunt ad reſtitutionem faciendam, promittant Deo & confeſtori ſuo, quòd ſi aliquando ad frugem proſperitatis venerint, ſe reſtituturos pro ſ. a facultate, aut certe remiſſionẽ poſtulabunt ab his quibus reſtituere tenentur. Alias non debent abſolui in foro pœnitentiæ. Opuſ 73. c°. 21. In confeſſione.

314 Sicut ergo confeſſor oſtendit vſurarium abſolutum a Deo, quem abſoluit verbo, ita non debet abſoluere verbo, niſi eũ videt ſigna reſtitutionis hendæ in confitente, quæ ſigna determinata ſunt in his quæ prædiximus, ſecũdum diuerſos ſtatus reſtituentium. Opuſ 73. c°. 20. ſi.

¶ Vſuraria. Fœnus. Vſura. 128.

¶ Vſurarius. Fœnerator. Vſura. 61. 107. 109. 109. 112. 115. 211. 228. &c. 314.

¶ Vſurpatio.

vſ

¶ Vſurpatio. Diuinatio 3. 10. Furtum. 8. Iudicium. 23. 39ę. Præiatio. 1. 17. Tyrannus. 11.

Quid. 1 ¶ Vsvs ſignificat actum cuiuſlibet potentiæ. Vnde hoc nomẽ vſus ita ſignificat actum quòd nullo modo potentiam, vel habitum. Veri. q. 17. 1. c. *Abſtinentia. 6. Abuti. Accidens. 69. 71. Actus. 16. Adam. 56. Agens. 34. Altare. 1. Ambitio. 2.

2 Vſus rei dicitur ad quem res principaliter ordinatur, potẽtia autem qua in peccatum poſſumus nõ ordinatur ad malum, ſed ad bonũm, & ita peccare non eſt vſus eius. 4. d 44. q. 1. 1. 5m. *Anathema. Angelus. 382. Animal. 36. 48 Annexum. o. Appropriatio. 24. Aqua. 17. Ats. 1. 9. Baptiſmus. 64. 85. 87. 93. 102. 132. 246. Bonitas. 194. 203. 207. 217. Campſoria. 8. Cibus. 5. 7. 9. Clauis. 4. 14. &c. Coitus. 4. 5.

3 Cuius vſus bonus eſt, ſcilicet per ſe, ipſum quoque bonum eſt, non autem per accidens. 1ę. Cor. 7. fi.

4 Proprius vſus rei & per ſe, eſt in relatione ad finem conuenientem. Opuſ. 73. c°. 3. *Conceptio. 27. Confirmatio. 10. 47. Cõſecratio. 11. Corp°. 46. Dalmatica. 1. Delectatio 54. 84.

5 Cum in relatione ad finem conuenientem, omnis vſus ſortiatur rationem boni ſimpliciter, conſequens erit, quòd in abſtractione a fine conuenienti, ſortiatur rationem mali cõmuniter, non autem huius vel illius ſpecialiter. Opuſc. 73. c°. 3. *Dæmon 65. 92. Dialectica. 2. 3. Diffinitio. 19. Diuitię. 3. Eccleſia. 15. Electio. 20. Energumenus. 2.

6 Triplex gradus in vſu rationis, ſcilicet non intelligẽtis per ſe, nec ab alio, intelligentis tantum, & vtroque modo. Primus conuenit homini ante primum ſeptennium, in quo nulli contractui aptus eſt. Secundus in fine primi ſeptennii quo ad propriam perſonam. Tertius incipit in fine ſecundi ſeptennij, quo. ad extrinſeca. 4. d. 27. q. 2. 2. c. *Euchariſtia. 28. 39. 50. 208. 209. Excommunicatio. 6. Fides. 60. Finis. 26. Fortuna. 5. Genũs. 3. Gratia. 56. 97. 98. 99. 154. Habitus. 67. &c. Idea. 20. Ignis. 3. Imperare. 4. Indiuiduũ. 41. Innocẽtia. 4.

Ang.55. 116 ¶Quòd differentiæ angelorum, vt multi tenent, sumūtur ꝑm diuersos gradus potētialitatis. 1a.q.50.2.1m./4.0./q.56 2.1m./ 12ę.q.50.5.c./2.d.3.q.1.3.c. d.9.5.c./ꝓ.2.co.93./Verit.q.8.7.c. fi./Spū.8.c./Aīa.7.c. Quol.8.vel 9.q.4.1.3m./Opusc.1.co.26./ Opus.3.co.77.Opus.30.le.7.fi./Lec.9./Opusc.42.cap.5./Opusc. 72.q.8./Causis.Lec.5.
¶Immo multiplicatio indiuiduorum eiusdem speciei, innuit fieri posse per aliquam potentiam, quæ non sit potentia materiæ, quæ quāuis possit reperiri sine materia, vt in angelis, tamē secundum eam non fit multiplicatio indiuiduorum in eadem spacie, cum tot sint species, quot indiuidua in eis, differentia existente tm ꝑm diuersos gradus perfectionis. 1a.q.55.2.1m.fi.
¶Respondeo dicendum, ꝙ hoc dictum est, quia nondum inuentum erat aliquid, ad ostendendum potentiam non multiplicare indiuidua in eadem specie. Quod tamen multi tenebāt. Opusc.72.q.8.

Ang.68. 117 ¶Quòd angel9 assumit corpus, ꝑpria virtute. 2.d.8.q.1.2.2m.
¶Immo angelus assumit corpus virtute diuina. 1a.q. 51. 2. 2m./ 3m.
¶Respondeo dicendum, ꝙ verum est vtrumq;, quia ibi virtus Dei principaliter, sed virtus angeli instrumentaliter cōcurrit.
¶Vel dicendum, ꝙ in secundo Sententiarum loquitur quo ad simplicem motum corporis assumpti, sed in Prima parte, quo ad condensationem aeris, & figurationem eius talem, ꝙ congruat ad repræsentādū intelligibiles virtutes, & mysteria, ac effectus gratię Dei ad salutem hominū, vt habeē. 1a.q.51.2.2m.

Ang.113. 118 ¶Quòd motus angeli, potest esse continuus & discontinuus, sicut vult. 1a.q.53.1.0./2.3.c./Quol.1.q.3.2.1m./3m.
¶Immo motus angeli, non potest esse continuus, sed tantum discōtinu9. 12ę.q.113.7.5m./1.d.8.q.3.3.0./ d.37.q.4.1.c./ 3m./ 2.1m./3.6m./2.d.2.q.1.1.4m/.d.3.q.2.5m./ Quol.8.vel.9.q.4. 4.c.fi./Quol.11.4.c.fi.
¶Respondeo dicendum, ꝙ vt habetur quinto & sexto Phisicorum, motus habet cōtinuitatem a mobili, & a magnitudine super quam fit, & a tempore. Motus ergo angeli, potest cōtinuari ex parte vię seu magnitudinis, & temporis, idest sine intermissione per quietem mediā, non autem ex parte mobilis, quia angelus non est continuus.

Ang.115. 119 ¶Quòd angelus dum mouetur, partim est in vtroq; termino. 1a.q.53.1.1m./3.3m.
¶Oppositum videtur dicere. 1.d.37.q.4.1.3m.
¶Respondeo dicendum, ꝙ in Prima parte loquitur de motu continuo, sed in primo sententiarum, de motu discreto.

Ang.117. 120 ¶Quòd angelus dum mouetur motu continuo, in principio est in toto loco diuisibili, a quo incipit moueri. Sed dum est in ipso moueri, est in parte loci quem deserit, & in parte loci quē occupat. 1a.q.53.1.1m./3.3m.
¶Oppositum videtur dicere. 1.d.37.q.4.1.3m.
¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.119.

Ang.131. 121 ¶Quòd angelus mouetur, ꝑm totam vim suam, in id quod agit. 1a.q.62.6.0./q.63.8.3m./1.d.17.q.1.3.4m./4.d.4.q.2.ar.3. 3.1m./Veri.q.24.10.c./Matth.25.
¶Oppositum videtur dicere. 2.d.7.q.1.c. ratione secūda./ Mal. q.16.6.17m.
¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.125.

Ang.135. 122 ¶Quòd angeli sūt immutabiles, & īcorruptibiles. 1a.q.9.2.c./ q.10.5.c.fi.q./50.5.0./q.61.2.3m./q.75.6.c.fi./q.97.1.c./ 2.d.3. q.1.1.c./d.7.q.1.c./d.23.q.1.1.2m./d.34.4.c./ꝓ.2.co.54./91.3m. Poa.q.5.3.4.c./ Aīa.14.c./ 3m./ Trin.20.4m./ Opusc.3.co.74./ Opusc.9.q.47.
¶Oppositum videtur dicere. 1a.q.9.2.c./q.10.5.c.fi./q.44.2.6./ q.45.2.1m./1.d.8.q.3.1m./2m.
¶Respondeo dicendum, ꝙ licet sint immutabiles & incorruptibiles, quia in eis non est potentia ad non esse, sunt tamen mutabiles secundum potentiā creantis, vt habeē. Poa.q.5.4.c.fi.

123 ¶Quòd angelus immutare voluntatem nostram, est omnino hæreticum. 1a.q.106.2.c./12ę.q.80.3.1m./ Ver.q.22.9.c. Angelus.152.
¶Oppositum videtur dicere. Quol.3.q.3.2.0.
¶Respondeo dicendum, ꝙ angelus potest immutare voluntatem hominis persuadendo solum, vel cogitando passiones, non autem de necessitate, vt habetur. 1a.q.111.2.0.

124 ¶Quòd angeli agunt in inferiora per imperium tantum. Ma. q.16.1.14m./15m./Spū.6.8m. Quol.6.q.2.1.0./Opus.53.10m. Angelus.159.
¶Oppositū videtur dicere. Quol.8.vel 9.q.4.5.0./ Opusc.11. art. 3.13m.
¶Respondeo dicendum, ꝙ angeli agunt per imperium tantū, inquantum nullam actionem habent. ad quam non concurrat uoluntas eorum. Sed non agunt per imperium tantum, ita quòd excludantur, eorum essentia, intellectus, & uirtus & agentia naturalia, per quæ aguntangeli, transmutando materiam ad formam.

125 ¶Quòd non oportet operationem angeli procedere ab eo, secundum totam uirtutem suam: cum sit dominus sui actus. 2. d.7.q.1.2.c. ratione secunda./ Ma.q.16.6.17m. Angelus.162.
¶Oppositum videtur dicere. 1a.q.62.6.0./ q.63.8.3m./1.d.17. q.1.3.4m./4.d.4.q.2.ar.3.q.3.1m./Ver.q.14.10.c./Math.25.
¶Respondeo dicendum, ꝙ in primis locis loquitur de operationibus angelorū ꝑm ꝙ dependent ex libero arbitrio ipsorū. Sed in aliis locis loquitur de eis, secundum ꝙ voluntati eorum nihil resistit ex parte corporis, nec ex parte sensualitatis, sicut in nobis.

126 ¶Quòd angeli dupliciter possunt agere in animas nostras. .s. confortando intellectum, & illustrando fantasmata. 1a.q.111. 1.c./Quol.8.vel 9.q.4.5.c. Angelus.169.
¶Oppom. videtur dicere. 1a.q.54.4.2m./ꝓ.2.co.94.3m.
¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.137.fi.

127 ¶Quòd substantiæ separatæ, idest angeli, non sunt principia intellectus humani, cùm creatio intellectus humani sit immediate a Deo. 1a.q.65.3.c. Angelus.175.
¶Immo substantiæ separatæ sunt principia intellectus humani. Meth.1.lec.vlt.fi.
¶Respondeo dicendum, ꝙ substantiæ separatæ quocunq; modo accipiantur, sunt principia intellectus humani, vel per creationem, sicut Deus est principiū eius, vel illuminando, dirigendo, & confortando ipsum, sicut angeli, aut etiam per motionē obiectiualem, sicut transcendentia. 1a.q.111.1.0.

128 ¶Quòd tempus angeli, potest esse continuum & discretum, sicut & motus eius. 1a.q.53.3.0. Angelus.188.
¶Immo tempus angeli est tātum discretum. 12ę.q.113.7.5m./ 1.d.8.q.3.3.c./d.37.q.4.3.0./2.d.2.q.1.1.4m./d.3.q.2.5m./Quolib.2.5.c./Quol.11.4.c.fi./Opusc.36.co.1.
¶Respondeo dicendum, ꝙ quia tota ratio continuitatis in tēpore, est ex continuitate motus, vt dicitur 4o. Phisicorum, ideo huic dubio applicetur solutio, posita superius ad dubium. 118.

129 ¶Quòd operatio angeli successiua, idest motus. .s. intellectio & affectio, mensuratur tempore, non autem æuo. 1a.q.10.5.1m./ q.12.10.2m./2.d.2.q.1.1.4m./ Verit.q.8. 4.15m./ Ma.q. 16.4. 19m. Spū.5.4m./Quol.10.q.2.0. Angelus.197.
¶Immo propria operatio angeli, mensuratur æuo. 2.d.2.q.1. 1.4m. Quol.5.7.c.
¶Immo nulla operatio angeli, mēsuratur æuo. Opus.36.co.4.
¶Respondeo dicendum tripliciter. .s. primo, ꝙ operatio angeli successiua, pōt mensurari tempore, tamquam mensura propria, & æuo tamq̄ mensura distanti, & æternitate tamquam mensura prima, & separata, vt habetur. 1a.q.10.6.c./2.d.2.q.1.2.c.
¶Secūdo dm, ꝙ operatio ꝑpria & cōnaturalis angeli. .s. qua intelligit & amat se, est sine successione, & mensuraē æuo. Sed operatio eius circa alias naturas, est variabilis, & mensuratur tpe.
¶Tertio dicendū, quia sicut habeē 4. Phisicorū, tēpus est numerus motus, ꝑm prius & posterius, & per consequens est mēsura rei successiue, & habentis vicissitudinem, vt dr. 2.d.2.q.1.1.c./ 4m. Sed operatio angeli, pōt sumi dupliciter. .s. vel vna numero. Et sic mensuraē æuo, vt probaē. Quol.5.q.4.c.fi. & nō mensuraē tempore, quia sic non est successiua, nec habet prius & posterius, nec uicissitudinem. Vel multę numero, secundum quòd vna intellectio succedit alteri per aliam speciem, & vna affectio, alteri affectioni. Et sic mensuratur tempore, vt probatur in locis, secundò & tertio loco allegatis. Et applicatio eius continua, mensuratur continuo, & discreta discreto, quod est numerus rerum continuarum. 1a.q.53.3.c./12ę.q.113.7.5m.

130 ¶Quòd esse angeli & suba eius mēsuraē æuo. 1a. q.10.5.1m./ 2.d.2.q.1.1.0./ Ma.q.16.4.19m./ Spū.5.4m./ Quol.5.q.4.c.fi./ Angelus.202.

Quol.5.

Quolib.9.vel.10.q.2.0./Quol.10.vel.11.q.4.0./Opusc.36.cº.
4.fi./cº.5.fi.
¶Immo esse angeli mensuratur æuo, sed substantia eius mensu
ratur per nunc æui. 1.d.19.q.2.2.c.
¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.586.

Angelus. 204. 131 ¶Quòd visio beata angeli, mensuratur æuo. 1ª.q.10.5.1m./2.
d.2.q.1.1.4m./Quol.5.7.c. Quol.9.vel.10.q.2.c.
¶Immo visio beata angeli, mensuraẽ æternitate. 1.q.10.5.1m./
2.d.2.L./Opusc.36.cº.4.
¶Respondeo dicẽdum tripliciter, scilicet primo, ꝙ vt dicitur.
Quol.5.q.4.c.prinº. ex ignorantia linguę Græcæ, distinguitur
inter æternitatẽ & æuum, sicut si quis distingueret inter homi
nem & antropon, quæ non differunt nisi secundum vocem.
¶Secundo dicendum, ꝙ sicut habetur ibidem, æuũ nihil aliud
est, nisi participatio æternitatis. Ideo idem est dicere, participat
æternitate, vt dicitur in locis secundo allegatis, & dicere, men-
suratur æuo, sicut allegatur in primis locis.
¶Nec obstat, ꝙ 1ª.q.10.5.2m./2.d.2.L. distinguere vr̃ æuum a
participatione æternitatis, cum dicit ꝙ esse angelorum mensu
raẽ æuo, & visio beata participat æternitate, quia alia participa
tio æternitatis est, quo ad esse naturæ, & alia quo ad esse gloriæ,
quia angelus beatus, magis est in participatione æternitatis, q̃
demon, vt dicitur, 2.d.2.q.1.2.5m./Quol.5.q.4.fi. Tamẽ vtraq;
participatio potest dici æuum.
¶Tertio dicendum, ꝙ sicut dicitur. Quolib.5.q.4.c. visio beata
mensuratur æternitate, vt prima mensura & separata, æuo aũt
vt mensura homogenea.

Angelus. 250. 132 ¶Quòd inferiores angeli, exercent officia superiorũ. 2.d.10.2.
2m./3m./4m./d.11.q.1.2.2m.
¶Immo iam trãscẽderet limites suos. 3.d.13.ar.2.q.2.2m./3m.
Respondeo dicendum dupliciter. s. primo, sicut Dubio. 301.
¶Secundo dicendum, ꝙ inferiores angeli exercent officia supe
riorum, in virtute superiorum. Ideo angeli infimi possunt arce
re demones, & facere miracula, vt habetur. 1ª.q.112.2.2m./q.
113.3.3m./2.d.10.2.2m./3m./4m./d.11.q.1.2.2m./Ꝫ.3.cº.80.fi./
Veri.q.9.2.2m./Opusc.3.cº.126.fi./He.1.lec.3.fi.b.

Angelus. 262. 133 ¶Quòd formæ superiorum angelorũ, sunt vniuersaliores for-
mis inferiorum. 1ª.q.55.3.0./q.89.1.c./q.110.1.c./q.116.1.c./
2.d.3.q.3.2.c./d.9.3.c./d.19.2.c./d.14.2.c./Ꝫ.2.cº.96./Liº.3.cº.
79.1m./80.1m./Ver.q.8.10.0./15.c.fi./q.9.5.c./Ma.q.16.4.c.fi./
8.c./Quol.8.vel 9.vel.11.q.1.3.c./Aia.7.5m./18.c./Opusc.3.
cº.78./81./126./Causis lec.4./Lec.10.
¶Oppositum videtur dicere. 1ª.q.18.7.c.
¶Respondeo dicendum dupliciter. s. primo, sicut Dubio. 476.
¶Secundo dicendum, ꝙ scientia superiorum angelorum, dicitur
esse vniuersalior, quo ad eminentiorem modum intelligendi, &
non quo ad modum prædicandi, vt habetur. 1ª.q.104.4.1m.

Angelus. 292. 134 ¶Quòd intellectus angeli, est semper in actu, & numquã in po
tentia. 1ª.q.50.1.2m./q.54.4.c./Ꝫ.2.cº.95./96./Verit.q.8.5.0./
Ma.q.16.2.6m./5.6.c.
¶Oppositum videtur dicere. 2.d.3.q.3.1.5m./d.9.2.6m.
¶Respõdeo dicendum, ꝙ intellectus angeli est semper in actu,
respectu sibi naturaliter cognitorũ, & sic semper est in actu secũ
do, & in nulla potẽtia, respectu verbi Dei, non aũt in actu sem
p respectu reuelandorũ, vt habeẽ. 1ª.q.58.1.0./22ª.q.180.6.2m.

Angelus. 294. 135 ¶Quòd intellectus angeli, est in potentia essentiali & accidẽta
li, respectu reuelandorũ, sed respectu naturaliter cognitorũ, est
tantum in potentia accidẽtali. 1ª.q.58.1.0./q.62.1.c./12ª.q.56.
5.c./2.d.3.q.3.1.5m./d.9.2.6m./Ma.q.16.5.c./6.c./4m.
¶Oppositum videtur dicere a simili. 1ª.q.26.6.4m./1.d.44.0./
Poª.q.3.16.c./17m.
¶Respondeo dicendum dupliciter. s. primo, sicut Dubio. 134.
¶Secundo, sicut Duº.502, quia ille qui nũc est, transcenderet.

Angelus. 301. 136 ¶Quòd in angelis sunt tantum duæ potentiæ. s. intellectus &
voluntas. 1ª.q.54.5.c./q.79.1.3m./Ma.q.16.1.14m.
¶Oppom. videtur dicere. 1ª.q.54.5.c./Opusc.11.cº.3.13m.
¶Respondeo dicẽdum, ꝙ aliæ potentiæ dicuntur esse in ange-
lis ẽm q̃dam similitudinẽ, sed non proprie, vt habeẽ. 1.q.54.5.c.

Angelus. 303. 137 ¶Quòd in angelis non est intellectus agẽs, nec intellectus pos-
sibilis. 1ª.q.54.4.0./Ꝫ.2.cº.96.7m.
¶Oppositum videtur dicere. 2.d.3.q.3.4.4m.
¶Respondeo dicẽdum, ꝙ intellectus agens & possibilis possũt
sumi dupliciter, scilicet primo prout intellectꝰ possibilis est in
potentia ad ea quæ naturaliter potest cognoscere, & vt intelle-
ctus agens, habeat ea facere in actu, per abstractionẽ specierum
a materia, illustrando fantasmata, sicut sumit Aristotiles in
Tertio de anima. Secũdo prout intellectus est aliquando in po
tentia respectu supernaturalium, & vt vnus intellectus dicitur
illuminare alium intellectum inferiorem, confortando eum.
Primo igitur modo, in angelis proprie non est intellectus agẽs
neq; possibilis, sed tantum secundo modo. Ideo dicit. 1ª.q.54.
4.c.fi. ꝙ non est in eis, nisi æquiuoce.

138 ¶Quòd angelus vno & eodem actu, simul intelligit se intelli Angelus.[illegible]
gere, & essentiam suam, non autem homo. 1ª.q.87.3.c.
¶Oppositum videtur dicere a simili. 1ª.q.87.3.2m.
¶Respondeo dicendum dupliciter. s. primo, sicut Dubio. 303.
¶Secundo dicendum, ꝙ angelus simul vtrumq; intelligit, quia
hoc qđ est intelligere suã essentiam, est propria perfectio suæ es
sentiæ, quæ est proprium obiectũ sui intelligere. Simul autẽ &
vno actu intelligitur res cũ sua perfectione. In homine vero sui
intelligere obiectũ primum, non est ipsa eius essentia, sed aliqd
extrinsecũ. s. natura rei materialis. Vnde alius est actus quo in
tellectus intelligit lapidem, & alius actus quo intelligit se intel
ligere lapidem, vt habetur. 1ª.q.87.3.c.fi./2m.

139 ¶Quòd angelus indiget lumine, in cognitione supernaturali, Angelus.[illegible]
nõ autem in cognitione naturali. Sed homo indiget in vtraq;.
3.d.14.ar.1.q.2.1m.
¶Oppositũ videtur dicere. 2.d.9.2.4m./6.3m./d.11.q.2.3.3m.
¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.145.153.

140 ¶Quòd angelus habet triplicem de rebus cognitionẽ. s. in ver Angelus.[illegible]
bo, in mente eius, & in propria natura. 1ª.q.12.10.2m./q.58.6.
0./q.60.2.0./2.d.12.3.5m.Quol.8.q.4.2.0.
¶Oppositũ videtur dicere, quo ad cognitionem rerum in pro-
pria natura, quia in angelis est cognitio vniuersalis.
¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.141.

141 ¶Quòd cognitio angelorum est vniuersalis. Et quanto sunt su Angelus.344.
periores, tanto est magis vniuersalis. 2.d.3.q.2.2.0./Ma.q.16.6.
16m./7.5m./Anima.7.5m.
¶Immo angelus cognoscit res in propria natura. 1ª.q.8.7.c./
q.12.9.c./q.58.6.7.0./q.62.7.1m.3m.
¶Respondeo dicendum dupliciter. s. primo, sicut Dubio 475.
¶Secundo dicendum, ꝙ cognitio vniuersalis dicitur esse in an
gelis, non quia cognoscant naturam vniuersalem rerum, per
quẽm modum, vniuersalis cognitio est in nobis causa deceptio
nis, sed dicitur cognitio eorum esse vniuersalis, inquantum vni
uersaliter ad multa cognoscenda se extendit, de quibus pro-
priam & completam cognitionem habent. Ma.q.16.6.16m. 7.
5m./Anima.7.5m.

142 ¶Quòd cognitio angeli non est discursiua, sed tm̃ cognitio no Angelus.[illegible]
stra. Et tamen angeli sillogizare possunt. Et in substantiis sepa-
ratis a materia, semper res cognoscibilis põt cognosci per certis
simã demonstrationẽ, cum illa non sint subiecta trãsmutationi.
1ª.q.58.3.0./4.c./q.62.1.c.5.c./q.63.5.c./q.69.4.c./q.85.5.c./
12ª.q.89.4.c./22ª.q.49.5.2m./q.180.6.2m./3.q.11.3.3m./2.d.
3.q.1.2.c./Ꝫ.3.cº.44./91./108.4m./Liº.4.cº.55.4m./95.fi./Ver.
q.8.15.0./q.15.1.c./q.16.1.c.q.24.3.0./10.c./Poª.q.9.2.10m./
Ma.q.7.9.c./1m./q.16.4.5.c./6.c./19m./Spũ.2.22m./Anima.7.
1m./5m./Ethi.lec.11.prinº.
¶Immo substantiæ separatæ non pñt cognoscere, nec cogno-
sci, per certissimam demonstrationẽ. Ꝫ.3.cº.38./Meth.2. prinº.
¶Respondeo dicendum, ꝙ sillogizare possunt, tamquam sillo-
gismum cognoscentes, & in causis effectus videntes, & in effecti
bus causas, non tamen ita ꝙ cognitionem veritatis ignotę ac-
quirant, sillogizando ex causis in causata, & ex causatis in cau
sas, vt habetur. 1ª.q.58.3.2m.
¶Similiter dicendum, ꝙ cognoscunt se per essentiam suam, vt
habetur. 1ª.q.56.1.0. Sed nos cognoscimus eos quantũ ad quia
sunt, non autem quantum ad quid sunt, vt habetur. Ꝫ.3.cº.38.

143 ¶Quòd angeli nõ possunt per sua naturalia videre essentiam Angelus.[illegible]
Dei, nec aliqua alia creatura. 1ª.q.12.4.0./q.64.1.2m./4.d.49.
q.2.6.7.0./Ꝫ.3.cº.52./89.1m./Ro.1.lec.6.fi.
¶Oppositum videtur dicere. Veri.q.10.11.c./1m.
¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.486.

144 ¶Quòd angeli non cognoscunt naturaliter de Deo, quid est. Angelus.[illegible]
Ꝫ.1.cº.3./Liº.3.cº.49./50.
¶Oppositum videtur dicere. 2.d.11.q.2.2.5m.
¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.486.

145 ¶Quòd in angelis est duplex lumen intellectus, scilicet natu- Angelus.[illegible]
rale & gratuitum. 2.d.9.6.3m./Veri.q.9.1.2m.
¶Oppositum videtur dicere. 3.d.14.ar.1.q.2.1m.
¶Respondeo dicendum, ꝙ angeli in cognitione naturali non
indigent habitu, ẽm ꝙ ad habitum requiritur lumen, exigi-
tur autem, ẽm ꝙ requiritur species rerum, propter hoc ꝙ ha-
bent esse limitatum, vt habetur. 3.d.14.ar.1.q.2.1m.
¶Vel vt habetur. 1.q.54.4.c. in angelis nõ est intellectus agẽs,
quod in nobis est lumen naturale. Tamẽ intellectus eorum est
lumen naturale, quo vnus illuminat alium.
¶Vel vt dicitur. 2.d.3.q.3.4.4m. lumen intelligibile in angelis,
sufficit ad distinctam cognitionem rerum. Ideo non requiri-
tur in eis lumen quo abstrahant species a fantasmatibus, sicut
in nobis.

146 ¶Quòd ex lumine intellectus agentis in angelis, multiplican- Angelus.[illegible]
tur species intelligibiles in eis. 2.d.3.q.3.4.4m.
¶Oppositũ videtur dicere a simili. 1ª.q.54.4.0./Ꝫ.2.cº.96.7m.

¶Respondeo

¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.137.

Angelus. [illegible] 148 ¶Quòd vnus angelus illuminat alium angelum. 1ª.q.106.1.
0./2.d.9.2.0./d.11.q.2.2.0./1º.Cor.13.
¶Oppositũ videtur dicere a simili. 1ª.q.54.4.0./Ꝫ.2.cº.94.7m.
¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.137.145.

Angelus. [illegible] 148 ¶Quòd actus voluntatis angelorum, non sequitur cognitionẽ,
nisi ordine naturæ. 2.d.3.q.2.c./Quol.6.q.2.1.1m.
¶Immo quilibet appetitus, sequitur cognitionem, etiam ordi
ne temporis. 1.d.1.q.4.1.1m./Verit.q.15.3.c./q.23.1.c./q.25.1.
c./Ma.q.14.1.4m. Meth.7.lec.13.
¶Respondeo dicendum tripliciter. Primo sicut Dubio.221.
¶Secundo dicẽdum, ꝙ sequitur cognitionẽ etiam ordine tẽpo
ris & generationis, non accipiendo tẽpus proprie, prout diffini
tur.4º. Physicorum, sed accipiendo cõiter, vt prius tẽpore, dicit
prioritatem cuiuscunq; durationis, vt habeẽ. Meth.7.lec.13.
¶Tertio dicendum, ꝙ non sequitur cognitionem, quasi obediẽ
do vel imitando, sed secundum ordinem naturæ.

Angelus. [illegible] 149 ¶Quòd angeli potuerunt peccare. 1ª.q.63.1.0./12ª.q.89.4.0./
2.d.5.q.1.1.0./Ꝫ.3.cº.108./109./110./Opuscul.15.cº.19./
20. Io.4.
¶Immo statim a principio fuerunt angeli creati in gratia gra-
tum faciente, per quam non fit auersio a Deo. 1ª.q.62.3.ar.2.c.
¶Respondeo dicendum, ꝙ angelus si in sola sua natura consi-
deretur, potuit peccare. Et sic naturale est angelo, ꝙ conuertatur
motu dilectionis in Deum, secundum ꝙ Deus est principium
naturalis esse. Sed ꝙ conuertatur in ipsum secũdum ꝙ est obie
ctũ beatitudinis supernaturalis, hoc est amore gratuito, a quo
auerti potuit peccando. 1ª.q.63.1.c.prinº./3m.

Angelus. [illegible] 150 ¶Quòd ad primum actum peccati in angelo, consequutę sunt
multæ deformitates, vt inuidia & odium. 2.d.43.6.6m.
¶Immo in angelis sunt proprie tãtum duo peccata. s. superbia,
& inuidia. 1ª.q.63.2.0./Io.8.lec.6.
¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.444.

Angelus. [illegible] 151 ¶Quòd peccatum angeli est irremediabile sextuplici ratione,
scilicet primo, quia angelus, malo quod appetiit, immobiliter
adhæret. Secundo, quia angelorum natura non propagatur ex
vno, ex quo vitium contrahat. Tertio quia potentia appetiit,
nec de venia cogitauit, nec alio suggerente peccauit. Quarto
quia proprio arbitrio peccauit. Quinto quia nõ in vno primo
parente peccauit, sicut homo. Sexto quia peccauit in termino
uiæ, nõ autem homo. 1ª.q.64.2.0./12ª.q.80.4.3m./3ª.q.4.1.c./
3m./q.6.2.2m./q.46.1.4m./q.86.1.c./2.d.4.2.1m./d.6.2.3m./d.
7.q.1.2.0./d.43.4.4m./6.5m./3.d.1.q.1.2.2m./d.2.q.1.ar.1.q.1.
c./q.2.c./2m./d.3.q.1.ar.1.q.1.c./d.20.ar.1.q.1.c./4.d.14.q.1.ar.
3.q.4.c./Ꝫ.4.cº.55.4m. Veri.q.24.10.0./11.10m. Ma.q.16.5.0./
Spũ.8.1m./Opusc.2.cº.5.
¶Immo omnes illæ rationes, præter sextam reprobantur. 2.d.
7.q.1.2.c.
¶Respondeo dicendum, ꝙ in tertio sententiarum recitat illas
rationes vt probabiles, & datas ab aliis. Sed in secundo Senten
tiarum reprobat eas tamquam non omnino necessarias. Tamẽ
prima ratio, quæ etiã ponitur. 1ª.q.64.2.c./Ꝫ.4.cº.55.4m./Ver.
q.24.10.c. Ma.q.16.5.6.c./Opusc.2.cº.5. est optima ad proban
dum irremediabilitatem peccati angelorum, nõ aũt obstinatio
nem eorum, quia est idem quod immobilitas voluntatis eorũ;
vt arguitur in secũdo Sententiarũ. Et eadem ratio est de defun
ctis, vt dicit in secundo, & tertio Sententiarum, ratione sexta.

Angelus. [illegible] 152 ¶Quòd anima Christi, potest per propriã virtutem & naturã
illuminare omnem creaturam rationalem, & etiam summũ an
gelum dando ei gratiam & scientiam. 3ª.q.13.2.0.
¶Oppom. videẽ dicere. 1.d.14 q.2.1.c. q.3.c./2.d.9.1.3m.
¶Respondeo dicendum, ꝙ anima Christi potest prædicta, ẽm
ꝙ est instrumentũ verbi, non autem ẽm propriam naturã & vir
tutem, quia quędam huiusmodi immutationũ non pertinẽt ad
animam, neq; quantum ad ordinem naturæ, neq; quantum ad
ordinem gratiæ, vt habetur. 3ª.q.13.2.2m./1.d.14.q.3.c.

Angelus. [illegible] 153 ¶Quòd angeli indigebant gratia, ad hoc ꝙ conuerterentur in
Deum, prout est obiectũ beatitudinis. 1.q.62.2.3m./q.63.1.3m.
¶Oppositum uidetur dicere. 2.d.5.q.2.1.0.
¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut dicitur. 1ª.q.62.2.3m. conuer-
sio in Deum est triplex. s. beatifica, meritoria, & præparatoria
ad gratiam. In prima igitur requiritur gratia consumata. In se-
cunda gratia habitualis viatorum. Non autem in tertia, sed tm̃
requiritur operatio Dei, cõuertentis voluntatẽ creaturæ ad se.
In prima igitur parte, loquitur de cõuersione prima & secũda.
Sed in secundo Sententiarũ, loquitur de tertia, vt patet inspiciẽ
ti diligenter vtrobique, sicut etiam adducetur infra. Duº.679.

Angelus. [illegible] 154 ¶Quòd vnus & idem actus angeli, fuit præparatiuus ad gratiã
ex libero arbitrio, & meritorius ex gratia, & fruitionis ex ha-
bitu gloriæ, 2.d.5.q.2.1.2.c./Quol.8.vel 9.q.4.c.
¶Immo non potest esse idem actus numero meritorius, & frui
tionis beatæ. 1ª.q.62.4.c./5.2m.

¶Respõdeo dicendum dupliciter. Primo quia supposito ꝙ in
angelis gratia non præcesserit duratione suam gloriam, ẽm opi
nionem quorumdam quam tamen ipse S. Tho. non tenet, dicit
in secũdo Sentẽtiarum, ꝙ idem actus põt esse a libero arbitrio,
a gratia, & a gloria, & per consequens præparatorius, meritoriꝰ,
& fruitionis, non quidem accipiendo gratiam imperfectã, quæ
communiter est in statu meriti, sed gratiam perfectam, quæ po
test esse principium meriti, vt patet de Christo. Ideo nõ potest
esse simul cum beatitudine. Sed in prima parte accipit gratiam
imperfectam, quæ nõ potest esse simul cum fruitione beata, quæ
requirit gratiam consummatam.
¶Secundo dicenm. ꝙ in secundo Sentẽtiarum loquitur de gra
tia. i. de auxilio Dei præueniente operationem cuiuslibet intel
lectualis creaturæ, quod est operatio Dei, non ponens in nume
rum cum operatione creaturæ, sed vtraq; sumitur vt vna ope-
ratio cõpleta. Sed in prima parte loquitur de gratia habituali,
gratificante nos Deo, & qua operantes, meremur gloriã. Ideo
non est vnus actus, vt elicitur. 1ª.q.62.2.3m.

155 ¶Quòd angeli meruerunt in primo instanti suæ creationis. Angelus.527.
1ª.q.63.5.3m./4m./6m.c./3ª.q.34.3.1m./3.d.18.3.4m./4.3m./
Veri.q.24.8.2m./Quol.9.8.c.
¶Oppositũ videtur dicere a simili. 1ª.q.62.4.c./5.2m./3.d.18.
2.c.fi./Verit.q.1.1.2m.
¶Respondeo dicendum dupliciter, primo sicut Dubio.154.
responsione secunda.
¶Secundo dicendũ, ꝙ omnes angeli in primo instãti quo crea
ti sunt in gratia, meruerunt, sed quidã eorum statim impedimẽ
tum præstiterunt suæ beatitudinis, mortificantes præcedẽs me
ritum. Et tũc beatitudine quam meruerunt priuati sunt. 1ª.q.
63.6.4m./6.c./3m./4m.

156 ¶Meritũ hominis, est efficacius merito angeli, quia est difficiliꝰ Angelus.530.
longius, & est virtute Christi. 2.d.9.8.2m./d.29.4.4m.
¶Immo homo potest mereri etiam maius præmium, quàm an
gelus. 2.d.5.q.2.2.4m./d.29.4.c.
¶Respondeo sicut secundo loco.

157 ¶Quòd angeli per ministeria nũc nobis exhibita, merent sibi Angelus.533.
pmiũ accidẽtale. 2.d.5.q.2.2.c./2m./4m./4.d.50.q.2.ar.1.q.6.0.
¶Oppositum videtur dicere. 1ª.q.62.9.3m.
¶Respondeo dicendum dupliciter. s. primo ꝙ meritũ sumitur
dupliciter, vt habetur. 2.d.18.2.c./Vir.q.1.1.2m. s. proprie, idest
actio cui iuste debetur merces, ad quod requiruntur tria. s. statꝰ
vię, dominium operis, & charitas. Et sic angeli, nec alii beati me
ruerunt, nisi solus Christus, qui solus fuit simul comprehensor
& viator. Alio modo improprie. i. quælibet cõditio quã aliquis
est dignus aliquo, sicut dicitur, ꝙ species Priami, digna erat im
perio. Et sic angeli per ministeria nunc nobis exhibita, dicũtur
mereri gaudium accidentale.
¶Secundo dicendũ, ꝙ meritum pro augmẽto pmii accidẽtalis,
põt esse in angelis & in cęteris beatis, vsq; ad diẽ iudicii, nõ aũt
post, vt dicitur. 1ª.q.62.9.2m./22ª.q.13.3.2m./4.d.12.q.2.ar.1.
q.2.c./d.49.L.fi./d 50.q.2.ar.1.q.6.0./1º.Cor.6.

158 ¶Quòd angeli beati, non sunt in statu merẽdi. 2.d.11.q.2.2.c. Angelus.537.
¶Oppositum videtur dicere. 2.d.5.q.2.2.c.
¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.157.

159 ¶Quòd angeli beati, non possunt proficere in beatitudine. Angelus.539.
1ª.q.62.9.0./2.d.11.q.2.1.0.
¶Oppositum videtur dicere. 4.d.49.1.4.q.1.0.
¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.157.275.

160 ¶Quòd angeli beati, statim post primũ actũ meritoriũ, fuerũt Angelus.543.
bti. 1ª.q.62.5.0. q.63.5.4m./6.c./3m./4m./7.c./12ª.q.5.1.1m./
2.2m./2.d.23.q.1.1.1m./Ma.q.16.4.c.fi./11m./Opusc.3.cº.189.
¶Immo angeli in eodem instanti primo, meruerunt & fuerũt
beati. 2.d.5.q.2.2.c./1m./Quol.8.vel.9.q.4.3.0.
¶Rnº dicendũ, ꝙ in primis locis loquiẽ de merito & de gratia
habituali, gratificante nos Deo, & qua operantes proprie mere
mur, non autem in secundis locis, vt dictum est Dubio.154.

161 ¶Quòd angeli non mittuntur ad aliquod ministerium, nisi in Angelus.577.
feriores, secundum Dionysium, non autem superiores. 1ª.q.
112.2.c./1.d.15.q.1.1.4m./2.d.1.q.1.4.2m./d.10.2.0./Ꝫ.3.cº.80
./Isa.6.lec.vlt.fi./1º.Cor.15./Heb.1.fi.
¶Immo purgationis minister, missus est vnus de Seraphin.
1ª.q.112.2.2m./Isa.6.lec.vlt.fi.
¶Respondeo dicendum, ꝙ Gregorius dicit expresse & vult, ꝙ
tm̃ inferiores angeli mittuntur ad nos. Et hoc dicit esse propter
ordinem diuinę legis, vt inferiora reducant ad Deũ per media.
Quod autem dicitur de Seraphin misso, duplr̃ soluit. s. vno mo
do, ꝙ iste angelus purgãs, dicatur Seraphin æquiuoce. s. non or
dine, sed ab actu quem tunc exercuit, quia igne purgauit, & Se-
raphin dicitur incendium. Alio modo soluit, ꝙ dicatur pro-
prie Seraphin, ille qui est de ordine illo. Et dicitur purgare,
non quia ipse immediate purget, sed quia eius authoritate, vel
quia percepta ab ipso illuminatione, inferior angelꝰ purgauit.

Et

Et ponit exẽplũ. Sicut dicitur papa, vel epiſcopus abſoluere, qñ authoritate ipſius aliquis abſoluit. Et ideo pp reuerentiam angelus inferior, qui viſionẽ formauit, reducit in Deũ primo, & in Seraphin ſecũdo. Ac ſi diceret. Ego purgo te per lumẽ receptum a Deo, mediante Seraphin. 1.q.112.2.2ᵐ./Iſa.6.fi.

Angelus. 577. 162 ¶Quòd angeli cuſtodiunt particulares homines: archangeli prouincias, principatus totam naturam humanã, virtutes corpora, poteſtates ſupra dæmones, ſed dominationes ſupra bonos ſpiritus habent cuſtodiam. 1ª.q.113.3.c.

¶Immo principes limitanẽ ad vnã prouinciã, archãgeli ad vnũ hominẽ, ad vtilitatẽ cõitatis, angeli vero ad propria hoĩs. 1ª.q. 108.5.6.o./2.d.9.3.c.fi./d.11.q.2.2.3ᵐ./4ᵐ./3.d.3.q.3.a.2.q.2. c./3.3.c.80./Opuſc.3.c.126.fi./Eph.3.lec.8.fi./

¶Reſpondeo dicendum, qp archãgeli, vt dr. 1ª.q.108.5.4ᵐ. ſunt medii inter angelos & principatus. Ideo conueniunt cũ vtriſq; & differunt ab vtriſq;, quia cuſtodiũt ſingulos homines, quo ad vtilitatẽ multitudinis, & nõ pſonæ tm̃, vt habet. 1.q.108.5.4ᵐ.

Angelus. 582. 163 ¶Quòd quilibet homo habet tãtum vnum angelum cuſtodẽ. 12.q.113.2.o./2.d.11.q.1.3.o.

¶Immo aliquando vnus homo habet plures angelos cuſtodes. 1ª.q.113.2.1ᵐ./2.d.11.q.1.1.3.4ᵐ.

¶Reſpondeo dicen ᵐ, qp ſingulis hominibus vt ſunt ſingulares perſonæ, dantur ſinguli angeli. Sed vt partes collegii habẽt vnũ in communi, vt habetur. 1ª.q.113.2.1ᵐ./3.c.

Angelus. 589. 164 ¶Quòd angeli dantur ad cuſtodiã ſtatim a conceptione hoĩs, poſt infuſionem animæ rationalis. 2.d.11.q.1.3.c./3ᵐ.

¶Immo angeli danẽ ad cuſtodiã a natiuitate hoĩs. 1.q.113.5.o.

¶Reſpondeo dicendum, qp ille angelus qui cuſtodit matrẽ, deputatur ad cuſtodiam infantis, quamdiu eſt in vtero eius. Sed in natiuitate extra vterum, deputatur angelus proprius cuſtos eius ſecundum Hieronymum, vt habetur. 1ª.q.113.5.3ᵐ.

Angelus. 592. 165 ¶Quòd idem angelus cuſtodit matrem & infantem, quamdiu eſt in vtero eius. 1ª.q.113.5.3ᵐ.

¶Oppoſitum videtur dicere. 2.d.11.q.1.3.3ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut in præcedenti Dubio, quia tm̃ dicit quòd cuſtoditur ſtatim poſt infuſionem animæ rationalis.

Angelus. 597. 166 ¶Quòd Chriſtus non habuit angelum cuſtodẽ, ſed miniſtrũ, & hoc quo ad paſſibilitatem corporis tantum. 1ª.q.113.4.1ᵐ./ 2.d.11.q.1.3.6ᵐ./7ᵐ.

¶Oppoſitum videtur dicere. 2.d.11.q.1.3.6ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum, qp nulla pænitus eſt contradictio, qa in ſecũdo Sentẽtiarum loquitur quo ad Ioſeph & matrẽ Chriſti, ſed in prima Parte loquitur de Chriſto, ſecundum ſeipſum.

Angelus. 924. 167 ¶Quòd in angelis ſunt habitus. 12ᵉ.q.50.6.o./q.51.1.c.

¶Immo habitus vel diſpoſitio nõ eſt in angelis. 12ᵉ.q.49.4.c./ 3.d.23.q.1.1.c.

¶Reſpondeo dicendum, qp in angelis ſunt habitus, ſed alterius rationis, quàm in hominibus, vt habetur in primis locis.

Anima.1. 168 ¶Quòd anima rationalis, non eſt ſuũm eſſe. 1ª.q.77.1.o.

¶Oppoſitum videtur dicere a ſimili. 1ª.q.50.2,3ᵐ./q.61.1.c.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 113.

Anima.5. 169 ¶Quòd anima rationalis habet eſſe abſolutum, non quidẽ vt forma, ſed vt propinqua ſimilitudini Dei. 1.d.8.q.5.2.1ᵐ., 5ᵐ./ 2.d.19.1.o./Spũ.2.c.fi.

¶Oppoſitũ videtur dicere, quia dicitur, qp Deus eſt anima mũdi, motu & ratione gubernans. 1ª.q.90.1.c.

¶Reſpondeo dicendum, qp licet habeat eſſe abſolutũ, quia non educitur de potentia materiæ, dependet tamen a Deo per creationem. Et dicitur propinqua ſimilitudini Dei, non quia Deus ſit anima ſm veritatem, ſed ſolum ſecundum opinionem. Eſt tamẽ propinqua ſimilitudini Dei, propter multas perfectiones ſibi a Deo communicatas, non quidem quantum ad ſimilitudinem adæquationis, ſed quantum ad ſimilitudinem proportionis, vt dicitur. 12.q.14.3.2ᵐ. Et anima attribuitur Deo, ſecundũ ſimilitudinem actus, vt habetur. 1ª.q.3.2.1ᵐ.

Anima.16. 170 ¶Quòd aĩa rationalis eſt tota in toto, & tota in qualibet parte corporis ſui. 1ª.q.8.2.3ᵐ./q.76.8.o /q.92.3.c./3.q.46.7.c./1.d. 8.q.5.3.o./4.d.23.q.2.ar.3.q.1.1ᵐ./5.2.c°.71./Li°.4.c°.67.fi./ Spũ.4.o./Anima.10.o./Opuſc.61.c°.47./Opuſc.72.q.22.

¶Immo potentiæ animæ & non anima, ſunt perfectiones proportionatę partibus animalis. 1ª.q.76.8.2ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum, qp ideo ſunt partes in animali perfecto diſtinctæ, propter diſtinctionem potentiarum animæ perfectæ, quaſi potentiæ illæ eſſent perfectiones talium partium. Quod quidem verum eſt, loquendo de perfectione accidentali, per quam partes immediate ſe habent ad operandum, nõ autem de perfectione ſubſtantiali, quia illæ potentiæ non ſunt formæ ſubſtantiales. Immo quælibet talis pars, habet eſſe ab ipſa eſſentia animæ. Vnde licet vnum ſit eſſe ſubſtantiale ipſius totius, & cuiuslibet partis, quia vna tantum eſt forma ſubſtãtialis, diuerſæ tamen ſunt perfectiones in diuerſis partibus, q̃ ſunt principia immediata operationum determinatarum. Vnde viſ-

ua potentia non eſt forma ſubſtantialis oculi, dans ei eſſe ſubſtantiale, ſicut perfectiua cum ad videndum, ſed ipſa eſſentia animæ, propter ſui perfectionem. Vnde vna forma eſt conſtituens animal omnibus modis, quibus conſtitui poteſt, vt habetur. 1ª.q. 76.8.o./Opuſc.72.q.22.

Anima.35. 171 ¶Quòd anima rationalis eſt propria forma ſui corporis. 1ª.q. 76.1.7.8.o. 9.90.4.c./9.91.4.3./4.d.43.ar.1 q.1.3ᵐ./d.44.q.1. ar.1.q.1.c./3.1.c°.56./58./67./68./69./Ver.q.26.1.3.c /Quod 3.4.c./ Quol.7, vel 9.q.3.2.o./Quol.10.q.3.2.4ᵐ./ Spũ.2.o./ Aia.1.fi./2.fi./10.c./19.o./Opuſc.3.c°.80./239./Iob.4.lec.5.fi.

¶Immo anima hõ eſt forma neq; natura, cum moueat ad contraria. Anima.2.lec.3.

Reſpõ dm̃, qp aia rõnalis mouet ad contraria, non quidẽ vt natura, ſed vt rationalis per intellm̃ & volũtatẽ, vt hẽ. Ver.q.26.3.c.

Anima.35. 172 ¶Quòd aĩa non eſt de eſſentia Dei. 1ª.q.90.1.o./2.d.17.q.1.c. o./3.2.c°.83./Opuſc.3.c°.94./211./Pſal.32.fi.

¶Oppoſitum videtur dicere, 1.d.8.q.5.2.1ᵐ., 5ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum, qp anima per quamdam ſimilitudinẽ perfectionis, dicitur propinqua ſimilitudini Dei, & non de eſſentia Dei, vt etiam ad Dubium. 169. dictum eſt.

Anima.37. 173 ¶Quòd anima rationalis eſt in genere ſubſtantiæ, vt principium, & vt ſpecies. 2.d.3.q.1.b./c.

¶Oppoſitum videtur dicere. 1ª.q.75.4.2ᵐ./7.3ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum, qp aliquid dicitur eſſe ſpecies dupliciter, ſ. logice loquendo. i. ſignificans aliquid prædicabile de multis differentibus numero, ſiue ſit completum in natura, ſiue nõ, ſicut quælibet pars. Et methaphyſice. i. completũ in natura, ita q̃ nullo modo ſit pars alterius. Anima ergo rationalis eſt ſpecies, primo modo, non autem ſecundo modo.

Anima.53. 174 ¶Quòd anima rationalis per ſe non habet ſpeciem completã, ſed eſt pars ſpeciei humanæ. 1ª.q.75.2.1ᵐ./4.o./7.3ᵐ./q.90.4. o. 12ᵉ.q.4.5.2ᵐ./3.2.c°.92.3ᵐ./ Li°.4.c°.3.5.4ᵐ./ Po ª.q.3.10. c./ Spũ.2.5ᵐ./ 16ᵐ./3.1.o°./9.3ᵐ. Anima.1.o., 2.10ᵐ./11ᵐ./ 3.c.fi.6.15ᵐ./7.c.fi./15ᵐ./14.2ᵐ./21ᵐ.

¶Oppoſitum videtur dicere. 2.d.3.q.1.6.c.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 173.

Anima.55. 175 ¶Quòd diuerſitas in nobilitate animarum, ſequitur nobilitatem corporũ, in ſtatu innocentię, & peccati, non autem in ſtatu gloriæ. 1ª.q.85.7.c./3.q.55.1.3ᵐ./1.d.8.q.5.2.6ᵐ./2.d.21.q.1. 2.2ᵐ./d.32.q.2.3.c./4.d.44.q.1.ar.3.q.3.2ᵐ.

¶Oppoſitũ videtur dicere. Ver.q.12.6.4ᵐ./q.24.8.6ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo qp via generationis, perfectio animæ eſt propter corpus melius diſpoſitũ. Sed uia intẽtionis naturæ, bona diſpoſitio corporis, eſt propter perfectionem & nobilitatem animæ.

¶Secundo dicendum, qp forma recepta, ſequit modũ recipiẽtis quantũ ad aliquid, prout hẽt eẽ in ſubiecto. Eſt. n. in eo materialiter, vel immaterialiter, multipliciter vel vniformiter, ſm exigentiam ſubiecti recipientis. Sed quantũ ad aliquid forma recepta, trahit ſubiectum recipiens ad modum ſuum prout ſcilicet nobilitates quæ ſunt de ratione formæ, communicantur ſubiecto recipienti. Sic. n. ſubiectum per formam receptam nobilitatur. Et hoc modo per gloriam immortalitatis, corpus corrupti bile immortale efficitur, & ſimiliter per irradiationem, ab immobili veritate eleuatur mens prophetæ ad hoc qp mens mobilia immobiliter videat, vt habetur. Veri.q.12.6.4ᵐ.

Anima.73. 176 ¶Quòd aĩa rationalis eſt hoc aliquid, vt ſubſiſtens, non autem vt completum in ſpecie. 1ª.q.75.2.1ᵐ./1.d.8.q.5.2.6ᵐ./2.d.17 q.1.2.1ᵐ./d.19.1.4ᵐ./3 d.5.q.3.2.3ᵐ./d.21.q.1.ar.1.q.2.6ᵐ./ 4.d.44.q.1.ar.1.q.2.1ᵐ./Spũ.2.16ᵐ. Aia.1.o./Aia.2.lec.vlt.fi.

¶Immo anima rationalis, eſt vt ſpecies. 2.d.3.q.1.6.c.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 173.

Anima.53. 177 ¶Quòd aĩæ rationales multiplicantur ſm numerũ in eadem ſpecie. 1ª.q.76.2.c./q.79.5.c /2.d.32.q.2.3.c./Anima.3.lec.8.

¶Immo anima eſt forma immaterialis, & ſubſtantiæ immateriales non multiplicantur ſecundum numerũ in eadem ſpecie. 1ª.q.75.5.c./q.76.1.1ᵐ./2.d.17.q.2.2.5ᵐ. Spũ.8.c.

¶Reſpondeo dicendũ dupliciter. ſ. primo, qp animæ rationales dicuntur immateriales, quia non ſunt dependentes a materia, vt habetur. 1.q.75.6.1ᵐ./2.d.17.q.1.2.5ᵐ.

Anima.81. 178 ¶Secundo dicendum, ſicut Dubio. 115.

¶Quòd anima rationalis non educitur de potentia materiæ, ſed creatur a ſolo Deo. 1ª.q.75.6.1ᵐ./q.79.4.c.fi./5ᵐ./q.90.2. o./3.c./ q.98.1.c.fi./ q.118.2.o./ 12ᵉ.q.3.7.2ᵐ. q.9.6.c./22ᵉ.q. 85.2.c./1.d.14.q.3.c./2ᵐ./2.d.1.q.1.4.c./d.17.q.1.2.4ᵐ./ d.18. q.2.1.2.o./3.c./d.25.2.5ᵐ./d.32.q.2.3.4ᵐ./4.d.1.q.1.ar.1.q.1. c.fi./ar.4.q.1.c.fi./d.5.q.1.2.c.fi./d.43.ar.2.q.3.c./3.2.c°.86.4ᵐ./ 85. Verit. q.27.3.9ᵐ./4.7ᵐ./ 8.7ᵐ./11.c./ 15ᵐ./ 12.2ᵐ./Poª. q.3.9.o./Quol.3.q.3.1.6./ Quol.9.q.3.1.o./Quol.11.5.1ᵐ./ 4ᵐ./Quol.12.11.o./Spũ.2.8ᵐ./ 10.c./ Aia.2.12ᵐ./ 18.13ᵐ./ Opuſc.3. c°.93./131./229./232./Opuſc.18.c°.5./ Opuſc.34. c°.2./Opuſc.37.c°.4./Ro.5.lec.3, Hebr.12.lect.2.

Oppoſitum

¶Oppoſitum videtur dicere, quia agens agit ſibi ſimile in ſpecie. 2.d.18.q.2.1.4ᵐ./Poª.q.3.9.5ᵐ./6ᵐ./20ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum, qp licet anima rationalis dicatur non educi de potentia materiæ ſimpliciter, quia non ab homine per actionem eius de potentia in actum educiẽ, ſed a Deo ſolo creatur, dicitur tamen educi ſm quid, quia per actionem hominis diſponit materia, vt ſit neceſſitata ad receptionẽ animæ. Agés autem agit ſibi ſimile in ſpecie, quando forma ſecundum quam ſimilitudo attenditur, ſimpliciter per actionem eius de potẽtia in actum educitur, vt habetur. 2.d.18.q.2.1.4ᵐ.

Anima.79. 179 ¶Quòd anima rationalis immediate vnitur corpori, & non mediantibus quibuſdam diſpoſitionibus. 1ª.q.76.6.7.o./ 2.d.17 q.2.3.3ᵐ./ d.2.q.2.3.4ᵐ./ d.26.1.5ᵐ./ d.3 1.q.2.1.c./1ᵐ./ 3.2. c°.70./ Veri.q.13.4.c./ Ma.q.4.4 c./q.16.1.8ᵐ./ Spũ.3.o./ Anima.9.o.c./ Anima.2.lec.1.fi.

¶Immo diſpoſitiones dicuntur non ſolum præcedere, ſed etiã manere cum forma ſubſtantiali. 4.d.44.q.1.ar.1.q.1.3ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo qp diſpoſitiones ſunt medię in ipſa alteratione præuia, ſed non in introductione animæ. Vnde poteſt dici aliquid eſſe medium inter animam & corpus & ſi non in eſſendo, tamen in mouendo, & uia generationis, vt habetur. 3.2.c°.71.fi.

¶Secundo dicendum, ſicut Dubio. 517.

Anima.80. 180 ¶Quòd anima rationalis, immediate vnitur materiæ primæ, vt forma. 1ª.q.76.4.3ᵐ./ 6.7.o./ 2.d.1.q.2.4.3ᵐ./d.18.q.1.2.c./ d.26.1.5ᵐ./d.31.q.2.1.c./ 4.d.43.ar.1.q.1.c.fi./3ᵐ./ 3.2.c°.70./ Liº.4.cº.78./ Veri.q.27.1.1ᵐ./ Poª.q.3.9.c./ Quol.1.q.4.1.o./ Spũ.2.c./ Anima.1.c./ 11ᵐ.12ᵐ./ 2.13ᵐ./ 6.c./9.o.

¶Immo mulæ formæ ſunt inter materiam primam, & formã animalis. 3.2.c°.87./ Meth.7.lec.17.

¶Reſpondeo dicendum tripliciter, ſcilicet primo, qp dicuntur eſſe mulę ſucceſſiue, ante introductionem animæ, non autem ſimul cum anima, niſi virtualiter, ſicut etiam eadem eſt forma, qua ignis eſt ignis, & corpus, & ſubſtantia, vt habetur. 3ª.q.75. 6.2ᵐ./2.d.12.4.c./d.18.q.1.2.c./3.4.c°.80.2ᵐ. Spũ.1.9ᵐ. Aia.9. 11.c./Quol.11.1.c./Opuſc.42.c.15.fi./Anima.2.lec.3.fi.

¶Secundo dicendum, qp aĩa rationalis immediate vnitur materiæ primæ, vt forma, & per eſſentiam ſuam eſt ſpiritus & forma corporis, quia in ea non ſunt duæ formæ, ſicut nec in corpore eius ſunt duæ formæ. Sed anima eſt forma corporis, dans ei totum ordinem eſſe perfecti, ſcilicet dans ei eſſe ſubſtantiale, eſſe corporeum, & eſſe animatum; & ſic de aliis, vt habetur. 1ª.q. 76.3.con./3.q.75.6.2ᵐ./ Veri.q.16.1.13ᵐ./ q.26.3.c./ Anima. 8.c./ 1ª.Theſſ.cap.vlt.fi.

Anim.84. 181 ¶Quòd animæ ſanctæ ante aſcenſionem, & poſt reſurrectionem Chriſti, erant cum Chriſto in paradiſo terreſtri. 3.d.22.q. 3.ar.2.q.3.3ᵐ.

¶Oppoſitum videtur dicere. 3ª.q.55.3.2ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum, qp ſicut ipſe dicit. 12ᵉ.q.112.5.c. tripliciter poteſt intelligi, qp aliquid ſciatur, vel cognoſcatur. ſ. per reuelationem, vel per ſeipſum, & hoc certitudinaliter, vel coniecturaliter per aliqua ſigna. Primo igitur loco, loquitur primo modo. Sed ſecundo loco, loquitur ſecundo modo.

Limb. 182 ¶Quòd anima ſeparata cruciatur igne inferni, per triſtitiam, non autem per alterationem. 1ª.q.64.4.1ᵐ./ 2.d. 6.2. 6ᵐ./ 4.d. 31.ar.1.q.3.c./ d.44.q.3.ar.3.q.3.o./ d.45.q.1.art.1.q.1.3ᵐ./ 3. 4.c°.90./Ver.q.26.1.o./Quol.2.vel.9.q.7 1.o./Quol.3.q.10.1. o./Spũ.1.20ᵐ./Anima.6.7ᵐ./21.o./Opuſc.3.c°.183./184.

¶Immo animæ ſeparatæ a corpore, ante reſurrectionem præmiant & puniuntur, etiã pænis corporalibus. Opuſc.3.c°.179.

¶Reſpondeo dicendum, qp puniuntur pœnis corporalibus per hoc qp cognoſcunt, qp rebus corporalibus ſubduntur, non autẽ per alterationem corporalem, vt habetur. Opuſc.3.c°.179.

Limb. 183 ¶Quòd operationes ſenſitiuæ non manẽt in anima ſeparata. 1ª.q.77.8.o./1.d.8./4.d.44.q.3.ar.3.q.2.o./3.2.c°.79.5ᵐ./Ver. q.19.1.o./q.25.3.7ᵐ./Quol.10.q.4.2.o.

¶Oppoſitum videtur dicere. 1ª.q.77.8.4ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum, qp manent virtualiter, ſicut & potentię ſenſitiuę virtute tantum in anima, ſicut in primo, vel radice, non autem in actu, vt habetur. 1ª.q.77.8.c./4ᵐ.

Limb. 184 ¶Quòd potentiæ immateriales manent actu in anima ſeparata, non autem potentiæ organicæ, ſed vt in primo, vel radice. 1ª.q.77.8.o./ q.89.7.c./ 12ᵉ.q.167.1.3ᵐ./ 2.d.24.q.3.2.6ᵐ./ 3.d.33.q.1.4.4ᵐ./ 4.d.44.q.1.art.1.q.2.3ᵐ./ q.3.ar.3.q.1.o./ d. 50.q.1.1.c./3.2.c°.79.5ᵐ./ Liº.4.cº.85.2.m./ Veri.q.19.1.o./q. 25.3.3ᵐ./ Virt.q.1.4.3ᵐ./ q.5.4.13ᵐ./Quolib.10.q.4.2.3ᵐ./ Anima.2.1ᵐ./19.o.1ᵉ.Cor.13.lec.3.

¶Oppoſitum videtur dicere. 1ª.q.77.8./4ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 183.

Limb. 185 ¶Quòd anima ſeparata intelligit per ſpecies tunc infuſas, & per acquiſitas hic, non autem per ſpecies innatas, nec tunc abſtractas, nec cõuertẽdo ſe ad fantaſmata, ſed ad ſuperioria. 1ª.q. 75.6.3ᵐ./q.89.1.o./2.3.6.7.c./12ᵉ.q.5.1.2ᵐ./q.67.2.c./1ᵐ./3ᵐ ./3ª.q.11.2.6./3.d.31.q.2.4.o./4.d.50.q.1.1.2.o./3.4.c./3.2.cº 79.5ᵐ. Veri.q.19.1.2.o./ Anima.15.17.18.o./1ᵉ.Cor.13.lec.3.

¶Oppoſitum videtur dicere. 4.d.50.q.1.2.1ᵐ.

¶Reſpondeo dicẽdum, qp quamuis ſpecies intelligibiles per ſe loquendo ſint eiuſdem rationis, dum ſunt in anima coniuncta corpori, & cum ſunt in anima ſeparata, tamen per accidens sũt rationis diuerſæ inquantum anima in qua ſunt, diuerſimode ſe habet in coniunctione ad materiam, vel in ſeparatione ab ea. Et ideo per ſpecies illas, anima coniuncta non intelligit, niſi cõuertendo ſe ad fantaſmata. Sed cum fuerit ſeparata, intelliget per eas, etiãm ſine tali conuerſione, vt habetur. 3.d.31.q.2.4.c./ 4.d.50.q.1.2.1ᵐ.

Anima.165. 186 ¶Quòd viſ collatione & diſcurſu, eſt connaturale animabus beatorum. 3ª.q.11.3.3ᵐ.

¶Immo diſcurſus eſt in anima damnata, non autem neceſſario in anima beata. 3.d.31.q.2.4.o.

¶Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo, quia in tertia parte loquiẽ de ſcia infuſa, ſed in tertio ſentẽtiarũ de ſcia acquiſita.

¶Secundo dicendum, qp in tertio ſententiarum intelligit quo ad neceſſitatem, ſed in tertia parte quo ad poſſibilitatem, vel certitudinem, vt habetur. 3.d.31.q.2. 4.c.

Anima.167. 187 ¶Quòd intelligere animæ ſeparatæ per ſpecies infuſas, & per ſpecies acquiſitas, eſt eiuſdem ſpeciei. 4.d.50.q.1.2.2ᵐ./ Anima 15.6ᵐ./8ᵐ./16ᵐ.

¶Oppoſitũ videtur dicere a ſimili 1ª.q.1.1.2ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum tripliciter. ſ. primo qp intelligere animæ coniunctæ & ſeparatæ eſt vnius rationis, quo ad illuſtrationem, non autem quo ad fantaſmata, vt patet in primis locis.

¶Secundo dicendum, ſicut Dubio. 185.

¶Tertio dicendum, ſicut Dubio. 1110.

Anima.176. 188 ¶Quòd cuiuslibet potẽtiæ ſenſitiuę obiectũ eſt forma, prout eſt in materia corporali. Ideo eſt cognoſcitiua particularium tantum 1ª.q.85.1.c.

¶Oppm vẽ dicere a ſimili, qa vẽ cognoſcitiua vniuerſaliũ, cum poª ſenſitiua cõicet in actibus intellectiuę partis. Quol.7.11.3ᵐ.

¶Reſpondeo dicẽdum, qp quamuis in actibus intellectiue partis communicet, ſicut repræſentans obiectum, quia obiectum intellectus eſt fantaſma, tamen non communicat ſicut inſtrumẽtum actus eius, vt habetur ſecundo loco.

Anima.179. 189 ¶Quòd oſs poª organica. eſt tm̃ cognoſcitiua corporeorũ, ſed quælibet non organica, ſe extendit ad omne ens. Veri.q.15.2.c.

¶Oppoſitum videtur dicere. Quol.7.11.3ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum. ſicut Dubio. 188.

Anima.184. 190 ¶Quòd anima hic nihil intelligit, ſine fantaſmate. 1ª.q.84.7. o./q.85.1.4ᵐ./5.2ᵐ./q.86.1.c./q.88.1.c./q.89.1.2.o./q. 111.2. 3ᵐ./q.118.3.c./12ᵉ.q.5.1.2ᵐ./22ᵉ.q.174.2.4ᵐ./ q.175.4.c./ q. 180.5.2ᵐ./3.q.11.1.2ᵐ./2.o./1.d.3.q.1.1.5ᵐ./2.d.11.1.6ᵐ./d. 19.1.6ᵐ./3.d.27.q.3.1.c./d.31.q.2.4.c./4.d.50.q.1.2.c.fi./6ᵐ./ 3.2.c°.59./72./79.5ᵐ./Liº.4.cº.11.fi./Veri.q.10.2.7ᵐ./8.1ᵐ./ 11.c./q.18.1.c./Quol.10 q.3.2.1ᵐ./1ᵉ.Cor.13.lec.3.

¶Oppoſitũ videtur dicere. 1ª.q.61.2.o./4.d.1.q.1.art.2.q.2.o.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 1107.

Limbo. 191 ¶Quòd anima rationalis cognoſcit omnia, quæ cognoſcit in prima veritate. 1ª.q.16.6.1ᵐ.

¶Oppoſitum videtur dicere. 1ª.q.12.11.3ᵐ.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 752.

Anima.198. 192 ¶Quòd Deus eſt primum obiectum intellectus ànimæ rationalis, quia ratio & cauſa veritatis alicuius obiecti, primo appræhenditur a poª. 22ᵉ.q.1.1.c.3.2.c°.82./Quol.7.q.2.1.c.

¶Oppoſitum videtur dicere. 1ª. q.12. 11.3ᵐ./q.84.5.o./q.88. 3.1ᵐ./ Veri.q. 8. 7.6ᵐ./.q.10.6.6ᵐ./ 8.c.fi.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 752.

Anima.200. 193 ¶Quòd anima cognoſcit omnia, in rationibus æternis. 1. q. 12.11.3ᵐ./ q.84.5.o.

¶Oppoſitum vẽ dicere. Ver.q.8.7.6ᵐ./q.10.6.6ᵐ./ 8.c.fi.

Anima.210. 194 ¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 752.

¶Quòd operationes animæ ſe habent actiue, ad perfectiones acquiſitas, ſed diſpoſitiue tantum ad infuſas. 1.d.17.qſt.1.3.c.

¶Oppoſitum videtur dicere a ſimili. 3.2.c°.56.2ᵐ./ Veri.q.8. 1.13ᵐ./Quol.8.3.c.

¶Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo, ſicut Dubio. 694.

¶Secundo dicendum, quòd anima operatur aliquo dupliciter, ſcilicet aliquo influente. i. Deo, & ſua naturali potentia. vt habetur. 2.d.17.q.1.2.6ᵐ. Primo modo ſe habet ad operationem, vel perfectionem diſpoſitiue tantum, ſed ſecundo modo ſe habet actiue.

Anima.217. 195 ¶Quòd anima tripliciter patitur, ſcilicet a Deo, a læſione corporis, & a propria operatione. 3ª.q.15.4.c./3.d.18.ar.4.q.2.o./ 4.d.15.q.3.ar.1.q.5.3ᵐ./ Veri.q.26.2.o./3.c./Opuſc.3.c°.239.

¶Oppoſitum videtur dicere. Veri.q.1.9.10.c.

¶Reſpondeo

¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.794.

Anima.238. 196 ¶Quòd omnis mot⁹ cognitiuę & appetitiuæ virtutis, reducit in naturã sicut i prim prim. 12æ.q.10.1.c./q.17.9.2m./q.41.3.c.

¶Immo motus cognitiuæ virtutis, reducitur in verum, & motus appetitiuę in bonum. 12æ.q.10.1.1m.

¶Respondeo dicendũ dupliciter. s. primo ꝙ reducitur in naturam sicut in principium actiuum: sed reducitur in verum vel bonum, sicut in suum obiectum.

¶Secundo dicẽdum, ꝙ reducitur in naturã, & ad vnũ in cõi: sed non semp in particulari determinate, vt habet. 12æ.q.10.1.2m.

Aïa.240. 197 ¶Quòd aïa differt realiter a suis potentiis. 1a.q.77.1.o. 12æ.q.110.4.c./1.d.3.q.4.2.o./2.d.17.q.1.2.6m. d.26.4.fi./4.d.1.q.1.a.4.q.5./Quol.9. vel.10.q.3.1.o./Spũ.11.o./Aïa.12.o./19.c.prin.

¶Oppositum videtur dicere. Spũ.11.7m.

¶Respondeo dicendum, ꝙ quandoq; dicitur, ꝙ anima est suæ potentiæ, & econuerso, sed nõ proprie, sed denominatiue, quasi a pricipaliori sua virtute, vt habet. 1a.q.79.1.1m./Spũ.11.7m.fi.

Aïa.243. 198 ¶Quòd in potẽtiis vnius animæ, non potest esse nisi vna intentio. 12æ.q.37.1.o./q.77.1.

¶Immo homo simul plura intendit. 12æ.q.12.ar.4.c.fi.

¶Respondeo dicendum, ꝙ simul plura intendit, sicut etiam cõtingit simul plura intelligere, inquantũ sunt aliquo modo vnũ, non autem distinctæ, vt habetur. 12æ.q.12.3.c.3m./4.o.

Aïa.245. 199 ¶Quòd oẽs potentiæ animę, radicantur in vna essentia animę. Ideo oportet, ꝙ qñ intentio animæ vehemẽter trahitur ad vnã operationẽ vnius potentiæ, retrahatur ab operatione alterius, quia vnius animæ, non põt esse nisi vna intentio. 12æ.q.37.1.o. q.77.1.c./3a.q.46.7.c./1. Veri.q.13.3.c./q.26.3.9.c./Ma.q.3.9.c./q.15.4.c./Veri.q.1.4.3m./Quol.11.5.c.fi./Aïa.4.1m.11.c.fi.

¶Oppositum videtur dicere. 12æ.q.12.3.c.fi.

¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.198.

Aïa.249. 200 ¶Quòd omnis proprietas naturaliter consequens animam, dicitur potenia. 1.d.3.q.4.1.c.

¶Oppositum videtur dicere. 1a.q.41.5.1m./1.d.7.q.1.ar2.c./Poa.q.1.1.3m./q.2.2.c

¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.866.

Aïa.253. 201 ¶Quòd potentiæ animæ, sunt accidentia eius per se, & sunt in secunda specie qualitatis. 1a.q.77.1.5m./12æ.q.83.2.3m.q.110.4.3m./4m./1.d.3.q.4.2.c./Ma.4.4.c./3m./Quol.10.5.c.fi./ Spũ.11.c./Anima.12.7m./19.c./1m./Opusc.3.co.158.fi.

¶Immo potentiæ animæ sunt in genere actionis, cum potentia & actus dicantur ad idem genus pertinere. 1a.q.77.1.c.

¶Respondeo dicendum tripliciter. s. primo ꝙ potentię animæ ẜm suam essentiã sunt in secunda specie qualitatis, sed vt fluunt ab essentia animæ, sic potentia ad actum est in genere actionis. Dicuntur enim potentiæ animæ esse in genere actionis, non quidem per se, sed reductiue, vt principia suarum actionum.

¶Secundo dicendum, ꝙ potentia per se ad actum ordinata, est in eodem genere cum actu. Subiectum autẽ, nõ nisi per accidẽs, ad accidens ordinatur. Sed substantia per se ordinatur ad actũ qui est esse, vt habetur. Anima.13.c./Phi.lec.5.fi.

¶Tertio dicendum, sicut Dubio.51.

Aïa.256. 202 ¶Quòd capacitas animæ, nõ est, nec põt esse infinita in actu, sed põt ampliari in infinitũ. 22æ.q.24.7.c./2m./1.d.17.q.2.4.c./1m.

¶Oppositum videtur dicere. 1a.q.25.6.o./1.d.44.o.

¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.736.

Aïa.283. 203 ¶Quòd omnis animę poa, possibilis eleuari ad aliqd supra se, habet subitũ motũ in id qd ei conuenit ẜm se. 2.d.24.q.3.5.c.

¶Oppositum videtur dicere. 3.d.13.ar.2.q.2.2m./3m.

¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.301.

Aïa.291. 204 ¶Quòd omnes potentiæ animæ, sunt passiuę, pręter intellectũ agentem, & potẽtias vegetatiuas, quæ solæ sunt actiuæ. 1a.q.79.3.1m./2.d.36.2.c./Veri.q.16.1.13m./q.26.3.c./Verit.q.1.3.5m./Ethic.2.lec.5.fi.

¶Oppositum videtur dicere. Veri.q.1.10.c./q.2.1.b.3.

¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.794.

Aïa.204. 205 ¶Quòd multi habitus possunt simul esse in eadẽ potentia. 12æ q.54.1.o./ 22æ.q.47.5.c./ 3.d.33.q.1.ar.1.q.1.c./ d.35.q.2.ar.3. q.2.3m./ Verit.q.15.2.11m./ Verit.q.1.12.4m.

¶Oppositum videtur dicere a simili. 1a.q.94.3.1m./ 12æ.q.63.4.3m./ 2.d.30.q.2.1.7m./ Verit.q.1.10.2m.

¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.1111.

Aïa.319. 206 ¶Quòd virtus est necessaria potentiæ sensitiuę appetitiuæ. s. concupiscibili & irascibili, in quibus est subiectiue, non quidem ẜm se: sed vt sunt rõnales participatiue. 12æ.q.56.4.o./ 5.1m./ 2.d.41.q.2.2.2m./ Verit.q.1.4.o./ 10.5m.

¶Immo etiam voluntati, quæ est rationalis per participationẽ. 12æ.q.56.6.2m.

¶Respondeo dicendum, sicut Dubio.1199.

Aïa.322. 207 ¶Quòd anima & angelus non conueniunt in vltima differentia. 1a.q.75.7.2m./ 2.d.3.q.1.6.1m.

¶Immo Gregorius nominat angelũ rõnale aïal. 1a.q.51.1.2m.

